tes ne cadamus. ne cadentes nos adiuuant vt ſur-
gamus. nec vnꝙ nos deſerunt etiam peccātes. qui
ſint ſemper parati auxiliari ſi volumus. Hoc tamen fallit ī ob
ſtinatis a quoꝝ cuſtodia deſiſtūt angelus actualiter. Paratus
eſt tamen cuſtodire ſi redire voluerint. qꝛ nunꝙ deſeritur ho
mo ex toto ab āgelo. Nota ꝙ xp̄s nō habuit deputatū ſibi an
gelum. qꝛ aīa eius ſuperior fuit omni angelo. ſed antixp̄s ha
bebit quē licet propter nimiā ſuā obſtinationē ñ ſit habiturꝰ.
ſecundā promotionē habebit tamē ad accuſationē. Effectus
autē angelice cuſtodie multiplex eſt. Primus ē impedimēta
boni. et occaſioni mali et actiones peccandi remouere. Exo.
xxiij. Mittā angelū precurſorē qui eijciat Iebuſeū. Secundꝰ
ē temptationes mitigare. Daniel. iij. Angelus dñi deſcēdit
in fornacē etc. Tertius ē cōtra hoſtes viſibiles adiuare. iiij. re
gū. Heliſeus vidit caſtra angeloꝝ. Quartus eſt orationes no
ſtras et elemoſinas deo preſentare et pro nobis orare. Tho-
bie. xij. Quando orabas cū lachrimis. etc. Quintus eſt viam
oſtēdere. Thobie. v. Ego ſanū ducam et reducā. etc. Sextus
eſt in agendis docere. zacharie ſecundo de angelo qui inſtru-
xit eum de fabris. Septimus eſt ſeipſum et alia ſecreta reue-
lare. Thobie. xij. Ego ſum raphael angelus. Octauus eſt a
peccatis excitare. Actuum. iij. Surge velociter. ¶ Nonus eſt
ad feruorem excitare. iij. Regum. xix. Surge comede grādis
enim tibi reſtat via. ¶ Decimus eſt conſolari. Thobie. v. For
ti animo eſto. in proximo eſt vt a deo cureris. Undecimus ē
de peccatis increpare. Iudith. Dixit angelus populo iſrael.
Cur contra deum feciſtis. Duodecimus eſt cōtrarias poteſta
tes arcere ne tantū nocere valeant quantum velint. Thobie
viij. Qualiter angelus aſmodeū ligauit. Angeli ſeruiunt no-
bis propter tria. ſ. propter ruine ſue reparationem quia homi
nes ſaluandi intrabunt in locum cadentium angeloꝝ. Item
propter meriti accidētalis emulationem: quod augetur ī eis
vſqȝ ad diem iudicij. Item propter amoris erga nos demon
ſtrationem. Dyoni. attribuit angelo tres actus. ſ. purgare. illu
minare et perficere. Purgant itaqȝ angeli remouendo fantaſ
mata que impediunt illuminationem. quā angelus intendit
facere in nobis. Unde tria remouent ab aīa. ſ. ignorantiam.
et nubila fantaſiarum. ac falſas opiniones philoſophicarum
rationum reuelationi contrariarū. Illuminant vero animam
tripliciter. ad ſenſum. vt patet quando aliquid manifeſtatur ī
aſſumpto corpore. et hanc poteſtatem etiam habet dyabolꝰ.
Item ad intellectum et talis illuminatio ſolum perfecta eſt.
¶ Notandum autem ꝙ angelus non illuminat intellectu ef-
ficiendo nouam cognitionem in anima. quia non poteſt in-
tellectus nouā ſpeciē creare. nec habitū noui lumis creare vel
excitare. ſed nec eius intētionē quo vult conuertere pōt. quia
hoc eſt cōtra naturā liberi arbitrij. Hec enī tria requirūtur vt
intellectus noſter intelligat aliquid. ſ. ſpecies qua cognoſcat
et lumen in quo cognoſcatur. et iterum qua conuertat ſe intel
lectus ſuper ſpeciem. ¶ Illuminat autem angelus intellectū
noſtrum excitando et diſponendo. et lumen diuinum in no-
bis transferendo. Facit enim vt dictum eſt in fantaſia trāſmu
tationem ſpecierum componendo et diuidendo ſecundum
exigentiam rei quam vult reuelare. Item irradiat lumen in-

tellectus ſui ſuper illas ſpecies vt moueant intellectum.ni in
et ſic plura et ſubtiliora videre poſſunt i lumie duplicato. Itē
excitat intentionem anime aliquo motu.vt ipſa conuertat ſe
ſuper illa fantaſmata abſtrahendo ſe ab aliis. Proficiūt au
tem.i.promouent ad melius. Sed vtrum angelus accendere
poſſit affectum humanū tripliciter poteſt intelligi.ſcilicet effi
ſciendo vel mouendo. vel excitando et adiuuando. Primo
modo ſolus deus poteſt inflammare affectum.ſcilicet per ef
fectum. ¶ Secundo modo ipſum deſideratum inflammat.
ſcilicet excitando et iuuando. ¶ Tertio modo poteſt ange
lus affectum noſtrum incendere per motum. De iſtis habe
mus exemplum in naturis.quia primo ignis accendit ligna.
ſecundo modo ligna incendunt ignē. Et tertio qui ligna igni
ſupponit incendit ignem. Differentia eſt inter immittere cogita
tionem et incedere et mentem illuminare. Quia cogitatio
nem immittere eſt vt dicit Beda intus creare et facere cogniti
onem. Sed incēdere eſt cogitationem factam inflammare. Il
luminare vero eſt dare reuelationem de aliquo occulto intelli
gibili.

¶ De locutione angelorum. ¶ Capitulum.xix.

Verbum triplex eſt.ſcilicet.oris.mentis.et operis.
Verbo mentis loquitur deus angelo et econtrario
Item deus anime et conuerſo. Item deus dyabo
lo.et econuerſo.cuius tamen intentio deum latere non poteſt
Verbo autem oris loquitur homo homini corpore vnito.ſic
Angel⁹ vo hoī corpore aſſumpto.ſed verbo operis loquitur.
deus dyabolo et angelus dyabolo. De locutioneitaqȝ ange
lorum. Nota ꝙ āgelus loquitur de deo cū ex viſis i motū ad
mirationis exurgit.vel cuȝ effectus ſuos ei preſentat quos ta
mē cū latere minime dubitat. Angelus vero loquitur angelo
vbo mētis ſue ſpēs oſtēdēdo mediāte illumiatōe quadā ſpūa
li irradiāte ab ipſo. Itē āgelus facit corā angelo:quo facto i
telligit quod nō intelligebat. Et ſic loquunt oēs oibus.ſ.ma
iores inferioribus.et econuerſo. Itē loquitur angelus āgelo
per cōicationē diuini luminis ipſum inſtruendo. Sic non lo



quuntur omnes omnibus.nec omnia:ſed tantū ſuperiores i
ferioribus de his que per diuinas theophemas perceperunt
Loquitur autem angelus homini dupliciter. Primo modō ver
bo vocali in aſſumpto corpore.ſed tunc ſicut non profert ſo
num in organis materialibus ſecundū naturam.ita nec circu
lariter immutat mediū quemadmodū in voce naturali.vñ non
additur niſi ab illo ad quem ordinatur.et ſimile eſt in appa
ritionibus angelorum quos quidam vident et alij eque pro
pinqui non vident vt apparet in heliſeo et puero eius. Dicūt
tñ aliqui ꝙ angelus nunꝗ apparet vel apparuit aut loqtur
homini in ſubiecta creatura.ſed intentionem ſiue ſimilitudi
nem imponit in oculo eius vel intentionē vocis ponit in au
re eius. ¶ Et ita recipit ſenſus communis ſpecies illas. ac
deinde prouenmunt ad ymaginationē poſt hec ad intellectum
et hoc eſt ꝙ angelus dicitur apparere vel loqui homini. Se
cundo modo loquitur angelus homini per impreſſionē rerū
ſenſibilium moto inſtrumento ymaginis.et ſic loquitur vigi
lantibus et dormientibus. Item loquitur angelus dyabolo
ſpecies ſui intellectus ei ſine aliqua illuminatione oſtenden
do. ¶ Item loquitur dyabolus homini dupliciter. Primo mo
do ſenſum imutando.et hoc vel ymaginationem alicui⁹ rei
imprimendo inſtrumento viſus.vel obijciendo viſui ſimili
tudinem alicuius rei. Secundo modo loquitur dyabol⁹ ho
mini per impreſſionem rerum ſenſibilium inſtrumento yma
ginis.et hoc facit quandoqȝ vigilantibus.quandoqȝ dormi
entibus. Et ſic imittit cogitatiōe mali cogitationē malā non
poteſt imittere que tantū mala fit per conſenſum. Eſt et locu
tio aiarum quia anima loquitur deo per deſiderium cui⁹ affe
ctiones nude ſunt et aperte oculis dei. Anima ſimiliter ange
lo loquitur.ſed per voces corporis quas bene percipit ange
lus ſicut et alia ſēſibilia. Vnde exiſtens anima i corpore alia
ſpeciali poteſtate loquendi ad angelos non indiget.ſed habe
bit exuta a corpore. Item aia loquitur dyabolo. quia ſimilitu
dines affectionū imprimuntur ſenſibus vbi dyabolus legit
eas.

¶ De ſpiritualibus nominibus angelorum. ¶ Capitulum. xx

De michael. gabriel. et raphael nominibus. Sciendum eſt ꝙ hec ſunt propria nomina archangelorũ licet eorũ interpretationes conueniant excellentius. Michael interpretatur quis vt deus. Hic eſt ordine principatuum. et attribuũtur ei quatuor. ſ. eſſe prepoſitũ paradiſi. id ē eccleſie. ſicut et olim fuit princeps ſynagoge. Itē deferre animas in paradiſum. ſed hoc intellige ꝙ glorioſus deferat ꝙ alij. Item pugnare cum dracone cũ dyabolo. ſicut legitur in Apoca. xij. Factum preliũ magnũ Michael et angeli eiꝰ preliabantur cum dracone. Item venire i adiutoriũ populo dei. Gabriel interpretatur fortitudo dei. Hic eſt de ordine archangelorum et merito. quia magna nunciauit. Raphael interpretatur medicina dei. et de ordine angelorum eſt qua vnã perſonam cuſtodiunt.

¶ De caſu angeli. ¶ Capitulum. xxi.

Omnes angelos fecit deus bonos: non tamen ſummos ſed medios inter ſummũ bonum et bonũ cõmutabile quod eſt creatura. ita ꝙ ſi ↄuenirentur ad amandũ deũ qui ſupra ſe erat aſcenderẽt ad ſtatum gratie ac glorie. Si vero auertarentur ad bonũ cõmutabile quod fuit ĩtra ſe hoc ipſo irruerent in malum culpe et pene. quia non eſt dedecus peccati ſine decore iuſticie.

¶ De ſpirituali caſu ¶ Capitulum. xxij

Caſus dyaboli duplex fuit. ſcʒ. ſpiritualis et localis. Spiritualis quia cecidit de nature puritate. de flexibilitate liberi arbitrij ad cõmutabile bonũ de luce ĩ tenebras. de ſcientia ad ignorantiã. de innocentia ad culpam de felicitate ad penam: de dilectione in odium. Poſt caſum enim factus eſt impenitens et obſtinatus in malo et excecatus a vero et deordinatus in bono et infirmatus in virtute. et excluſus a dei contemplatione. Preterea voluntas eius ipſa conuerſa eſt ad hominis odium et inuidiam. vnde toto conamine nititur ad eius ſubuerſionem per temptationem multiplicem.

¶ De locali caſu. ¶ Capitulum. xxiij.

Caſus etiam dyaboli localis fuit. quia vel in infernũ vel in caliginoſum aerem qui eſt in medio. i. interſticio aeris corruit. Demones non enim ſunt in ſuperiori parte aeris ne lumine gaudeant. nec ſunt in parte inferiori: ne nimis contra nos ſeuiant. Unde notandũ eſt ꝙ i demonibus eſt tria conſiderare. ſ. naturam. officium ⁊ peccatum. Et nature quidem cõuenit locus ſummus. i. celũ in quo tanꝙ i loco congruo ſunt creati. et poſt modũ in natura ſi ſtetiſſent ꝑficiendi. Officio vero quod habent excercendi hoĩes cõuenit locus medius. i. aer caliginoſus vbi et ſatis propinqui ſunt nobis tentãdum. et tamen non habent lumen ad gaudendũ. Sed peccato conuenit locus infimus. ſ. infernus. Unde ⁊ demones poſt finem mundi quando ceſſauit eorum officiũ detrudẽtur ſimul in infernum. dicunt quidam ꝙ ãgelus cecidit ſecũda die. ſed cõmunior eſt opinio ꝙ prima die ſubito poſt creationem ſuam ceciderit. Dicitur cõiter ꝙ dicimus. chorus angelorum cecidit. ſed hoc non dicitur ꝙ decem ordines ãgelorũ fuerũt. ſ; ꝙ tot de ſingulis ordinibus ceciderũt ꝙ poterãt facere chorum vnum. Nouem ordines angelorum ſũt quilibet ordo hẽt ſuas legiones. Legio autẽ ãgelorum habẽt. vi. m. vi. c. lxvi. vnitates. Tot autẽ in ſingulis ordinibus ſunt legiones ꝙ in legione ſunt vnitates.

¶ De reſtauratione ruine. ¶ Capitulum. xxiiij

Angelorum ruina reſtaurabitur per ſaluãdos. Dicit auguſtinus ꝙ tot ſaluabũtur hoĩes ꝙ angeli ceciderũt. Gregorius vero dicit ꝙ tot hoĩes ſaluabũtur ꝙ ãgeli perſtiterũt. Dixerũt etiam quidam ꝙ duo parietes erũt in celo. ſ. vnus hominũ ⁊ alius angelorũ ⁊ ꝙ ruina ãgelica reſtaurabit̃ ꝑ virgines. ⁊ de alio pariete tot ſũt ſaluãdi ꝙ in alio pariete ſunt virgines et ãgeli.

¶ Cur peccatũ dyaboli ſit irremiſcibile. Capitulum. xxv

Quare peccatum dyaboli ſit irremiſcibile. aſſignãtur plurime rationes. Prima eſt quia ſecundũ auguſti. nullo ſuggerente peccauit. et iõ nullo repãte

reddidit. Secunda eſt ſecundū Dam. quia contra dei formen
intellectum peccauit. Quanto autem nobilior eſt cognitio tā
to peior eſt error. Jo. xiij. Seruus eñi ſciens voluntatem dñi
etc. Tertia ſecundū eundē Dama. eſt quia angelus non ē ſu-
ſceptibilis penitentie. vnde nec venie. Quarta eſt quia in dya
bolo extincta eſt ſinderesis quantū ad boni promotionem.
Quinta eſt. quia natura ſpiritualis ſemel tantū vertibilis eſt.
eo q̄ tota ſe conuertat. quod non facit homo. quia caro ſemp
repugnat ſpiritui. Status autem angeli mali triplex eſt. vt pa
tere potuit ex predictis. Primus. ſ. nocentie. Secundus culp
pe. Tertius pene et miſerie

De proprietatibus demonū Capitulum. xxvi.

D Emones autē ſunt ſpiritus impuri humani generis
inimici. mente rationales in nequitia ſubtiles. cupi
di nocendi per ſuperbiam tumidi. ſemper in fraude
noui. immutant ſenſus. inquinant affectus. vigilantes turbāt.
dormientes per ſomnia inquietant. morbos inferunt. tempe
ſtates concitant. in lucis angelos ſe transformant. ſemper in-
fernum ſuum ſecum portāt. in ydolis diuinū officiū ſibi vſur
pant. ſuper bonos dominari appetunt. magice artes per eos
fiunt. bonis ad exercitiū dātur. ſemper ſuum hominis inſidiā-
tur. Triplici acumine vigent demones. Primo ſubtilitate
nature. et hoc per cognitionē veſpertinā. Secundo experien
tia temporum. Tertio reuelatōne ſuperiorum ſpirituum. Primo modō
intelligunt naturalia preſentia. Secundo modo futura natu-
ralia. Tertio modo cognoſcunt voluntaria. Multipliciter ve-
ro dyabolus nominatur per quod et proprietates ſue cogno
ſcuntur. Vocatur enim dyabolus quod interpretatur deflu-
ens. quia defluit. i. corruit ſpiritualiter et localiter ſicut dictum
eſt. Grece interpretatur dyabolus clauſus ergaſtulo. et hoc ſi
bi conuenit. quia non permittitur tantū nocere quantū vellet
Preterea ſecundū ethimologiam dyabolus dicitur a dya qđ
eſt duo et bolus quod eſt morſellus. quia duo occidit. ſ. cor-
pus et aīam. Item. vocatur demō. i. ſanguineus. et h̄ propter
pctm̄. vel ſciēs q̄r viget triplici ſcīa ſicut dictū eſt. Itē belial qđ

interpretatur. abſq̄ iugo vel abſq̄ domino. quia pro poſſe cō
tra eum pugnat cum deberet eſſe ſubiectus. Item belſebub
quod interpretatur vir muſcarum. i. animarum peccatricum. q̄r re
linquunt verum ſponſum xpm. Item ſathanas. i. aduerſari-
us. vnde Pe. ca. v. etc. Item Behemoth. i. beſtia. quia facit
homines beſtiales. Item leuiatam. i. additamentum eorum
qui peccata peccatis cumulant.

De militia dyaboli contra nos. Capitulum. xxvij.

D Yabolus nocet homini multipliciter. quia per violē
tiam. et hoc quandoq̄ exterius corpus ledendo ſi
cut fecit iob. quandoq̄ intra membra ledendo. ſicut
in obſeſſis. et propter hoc datur paruulus āgelus bonus ne
dyabolus in his ledat eos et excedat. Item nocet per impreſſi
onem ymaginū mala ſuggerendo vel per cōmotionē ſangui
nis ad peccatum accedendo. vel ſenſus exteriores per obiecti
onem falſarum formarum decipiendo. De his et ſimilib9 di-
cit Grego. Aut opprimendo rapit. aut inſidiando circūuolat
aut ſuadendo blanditur. aut minando terret. aut deſperādo
frangit. aut promittendo decipit. Dyabolus decipit homi
nes quattuor modis. Primo ſuadendo bonum. et hoc propt
malum. vt cum homini inſtabili ſuadet ingreſſum religionis
et hoc vt poſtmodū apoſtatet. Secundo modo ſuadēdo ma
lum. et hoc ſub ſpecie boni. vt periurare pro rebus alteri9 ob-
ſeruandis. Tertio modo diſſuadendo bonum tanq̄ nociuū
vt cum diſſuadet bono viro religionis ingreſſum. ne de hoc
peniteat et egrediens confundatur. vel quando diſſuadet ali
cui orationem vel elemoſinam ne per hoc incurrat vanā glo-
riam. Quarto diſſuadendo malum vt ducat ad peius. vt quā
do diſſuadet temperantiam in victu et ſomno vt per hoc indu-
cat ad indiſcretam abſtinentiam quod peius eſt. Impedi
tur dyabolus in effectu ſue malitie multis modis. ſ. quando-
q̄ per terminū ſue poteſtati a deo impoſitum. Item quando
q̄ per reſiſtentiam bonorum ſpirituum. Habet eñi quelibet ani
ma duos angelos. vnum bonum ad cuſtodiam. alium malū
ad exercitium. Item per arbitrium hominis nō conſentiētis.

¶ Item per peccati abbominatōnē. quia quandoqȝ demones
nobilioris nature peccata vilia deteſtantur ¶ Item ꝑpter cau
telam obmittit facere mala vt peius fiat: ſicut modo nō vexat
excōmunicatos vt minus timeant tales ſententias. ¶ Utrū
virtus temptationis minuatur in dyabolo quando vicitur di
uerſe ſunt opiniones/ Dicunt enim quidā ꝙ ſuperatus in vno
vicio ipſum victorē non poſſit amplius tentare de eodē vicio
ſed alius dyabolus poteſt. ¶ Alij dicūt ꝙ ſuperatus de vno
vitio nullum de illo vitio poſſit amplius tētare de cetero/ Da
ta eſt poteſtas demonibus exercēdi magicas artes. mulipli
ci ratione. ¶ Primo ad fallendū fallaces. ſicut egyptios et ip
ſos magos. vnde etiā que per talem modū acturi ſunt. quaſi
cōmunicando predicunt. vt ibi/ Creſus perdent aliū tranſue/
ctus maxima regna/ Secundo ad mouendū fideles ne ſcili/
cet tale quid pro magno deſiderent. cum videant etiā malos
facere huiuſmodi/ Tertio ad probandā et exercendā patienti
am et fidem iuſtorum.

¶ De lucifero. ¶ Capitulum. xxviij

De lucifero ſciendū eſt ꝙ fuit de ſupremo ordine ſu
perioris hierarchie. ac in illo ordine ſupemū gradū
tenuit cui tanꝙ principi de ſingulis ordinibus ma/
gna multitudo adheſit quos omēs ſecum traxit/ Dictus ē luci
fer. quia precetens luxit. ſueqȝ pulchritudinis cōſideratio eū
excecauit ¶ Primum hominem tentauit et vicit. ¶ Secun/
dum tentauit et victus eſt. Poteſtatem tunc amiſit quam vlti
mis temporibus recuperabit/ Nunc religatus eſt et ī fine ſol
uetur ¶ Peccatum luciferi fuit ꝙ ſe et ſuum bonum pri/
uatum dilexit excecatus de altitudine habita preſumpſit/ ac
propriam excellētiam abnuit quaſi habiturus fuerit ex ſe nō
ab alio. et ſine meritis habere voluit ſtare vel ſperare cū poſ/
ſet quouſqȝ gratia apponeretur. dei ſimilitudinem concupiuit
non quidem cauſa imitationis. ſed poteſtatis. i. ſubditos ha
bere voluit et nulli ſubiectus eſſe concupiuit.

¶ Quid ſit anima ſecundum diffinitionem.
¶ Capitulum xxix.

Poſt naturam corporeā incorpoream dicendū eſt de
natura vtriuſqȝ compoſita/ Sed primo ex parte men
tis/ Secundo ex parte corporis/ Tertio ex parte toti
us hoīs/ De aīa igitur videndū eſt quid ſit ſecundū diffinitio
nē/ Porro a quibuſdā diffinit vt ſpūs. a quibuſdā. vt anima
a quibuſdā vero vt ſpūs et aīa. ¶ In quantū igitur aīa naturā
habet. ſpiritus diffinitur ab alexandro in libro de motu cor/
dis/ Ab aug. ſic/ Anima ē ſubſtātia incorporea intellectualis
illuminationis capax vltima reuelatōe ꝑceptiua/ vltima dico
qr mediātibus angelis ꝑcipit/ Ex hac diffinitione cognoſci/
mus ꝙ ſpirit⁹ humanus qui eſt aīa inter oēs creaturas poſt ā
gelos imediate illumiatōis diuine ſit perceptiua. ¶ Aīa vero ī
quantū aīa ſic diffinitur a remigio/ Aīa eſt ſbā incorporea re
gens corpus/ Ex hac diffinitione habemus ꝙ anima ſit cor/
poris rector et motor. ¶ Item anima in quantū anima dif
finitur a philoſopho libro ſecundo de aīa ſic. ¶ Anima ē en
delchia. i. actus corporis phiſici. organici potentialiter vitam
habentis/ Endelchia formam vel actus ſignat. et dicitur hic
actus primus ſiue perfectio/ Ex hac diffinitione habemus ꝙ
anima vnibilis eſt corpori nō omni. ſed ſolo organico et phi
ſico. i. naturali ad ſuſceptionē anime rationalis diſpoſito:
¶ Item anima in quantum eſt ſpiritus et anima diffinitur.
ab Auguſti/ Anima eſt omniū ſimilitudo/ Hec diffinitio da/
ta eſt per comparationem anime ad creaturas/ Anima enim
ex ſui natura ad ſuſcipiendas oim rerū tā corporaliū ꝙ ſpiri/
tualiū ſimilitudines apta eſt. ¶ Sed ſciendum eſt ꝙ quedaȝ
intelligi habent per oppoſita. vt tenebre per preſentiam lucis
incorporalia per corporalia ¶ Et ſic dicitur ſuſcipere ani/
ma ſpiritualiter rerum ſimilitudines. ¶ Item anime deſ/
criptio talis eſt/ Anima eſt deiforme ſpiraculum vite Hec deſ
criptio datur ſecundum ꝙ anima comparatur ad deum ꝑut
non ex traduce vel ſeminali ratione propagatur. ſed a deo cor
pori creando infunditur. et infundendo creatur. ¶ Item
ſic diffinit animam/ Anima eſt ſpiritus intellectualis ad bea
titudinē in ſe et in corpore ordinatus. ¶ Hec diffinitio eſt in

reuelatione anime ad finem ſecundū ꝙ non ſolum ſeparata
beatificatur in ſe ſicut angelus. imo in corpore glorificato ipſi
beatitudo ampliatur.

¶ Quid ſit anima ſecundum rem. Capitulum. xxx.

QUid ſit anima ſecundum rem diuerſas videntur phi-
loſophi ſententias protuliſſe ¶ Plato enim dicit ani-
mā numerum ſeipſum mouentem ¶ Ariſtoteles en-
delechiā ¶ Pitagoras armoniā. Hipocrates ſpūm tenuē ¶ Rab
banus lucē ¶ Democritus ſpiritū. ex athomis cōpoſitū ¶ Acco-
nomius hypereus igneū vigorem ¶ Permenides dicit eā de
terra et igne eſſe Epicurius autē ex aere et igne ¶ Inter has di
uerſitates nos ſequimur dicta ſanctorum et catholicorū ma-
giſtrorū dicentiū. ꝙ anima eſt ſubſtantia ſpiritualis et ratio-
nalis ad viuificandum corpus humanū de nihilo creata Cre
ata eſt in ꝑ anima perfectibilis et imperfecta quantū ad ſciē
tiam et virtutes. perfectiſſima tamē eſt quantum ad potenti-
as naturales ¶ Et quia ineſt ſenſui non eſt ſubiecta neqꝫ ſecun
dum dimēſionem eſt extenſiua ¶ Quantitatem enim habet a-
nima. vt dicit Auguſtinus nō dimenſiuā. ſed poteſtatiuam.
et virtualem ¶ Et quia ſimplex eſt aīa. ideo nec augmenti nec
detrimenti eſt ſucceptiua. quia nec in corpore maiori maior:
nec in minori minor reperitur vt dicit Augu ¶ Multitudo potē
tiarum in aīa non ponit maioritatem in aīe natura. ſed multi
plicem effectū. anima etiam eſt vita perpetua. ſ. per memori-
am. intelligentiā. et voluntatē ad ymaginē dei facta: capax vir
tutis et vitij. ſuſceptibilis pene vel premij. arbitrio libera po
tentijs et habitibus et effectionibus decorata. caret pondere
et figura. et colore. paſſibilis et mutabilis ē. eo magna ē quo
capax eſt. eternitatis eo recta quo naturaliter appetens eſt bo
nitatis. eo bona quo particeps eſt diuinitatis.

¶ Quid ſit anima ſecundum nomen. Capitulum. xxxi

ANima dicitur in quantū corpus animat et viuificat
Mens in quantū recolit Animus dū vult ¶ Ratō dū
recte iudicat. Spiritus dū ſpirat. vel quia ſpiritualē
naturā habet. ſenſus dū ſentit ¶ Memoria dū recordatur. Uo
luntas dum conſentit ¶ Hec nomina diuerſa ſunt aīe non pro-
pter eſſentie pluralitatē. ſed propter effectus multiplicitatem.
et operationē ¶ Dicitur anima ab a quod eſt ſine. et hemes qđ
eſt ſanguis eo ꝙ ſit ſine ſanguine. vel dicitur ab an quod ē tri
buere eo ꝙ aīa vitam tribuit.

¶ De triplici anima. ¶ Capitulum. xxxij.

ACtus anime triplex eſt. ſ. vegetare. ſentire. et ratioci
nari. Et ſecundū hoc diſtinguitur aīe potētia tripli
citer. ſ. vegetabilis. ſenſibilis. et rationalis ¶ De quibus
dicit Ambro. ꝙ aīa vegetabilis appetit eſſe ſenſibilis. bñ eſſe
rationalis autē optime eſſe ¶ Et ideo nunꝙ quieſcit donec op
timo coniungatur ¶ Et propter hoc vi amoris mouetur ī deū
vt ipſo ſumme delectetur ¶ He tres potentie in diuerſis ſubſtā
tijs tres anime dici poſſunt ¶ Nam vegetabilis eſt aīa in plan
tis. ſenſibilis in brutis. rationalis vero in hominibus ¶ In ho
mine autē predicte tres aīe vna ſunt eſſentia ¶ Sed differūt in
potentijs. nec obſtat ꝙ in homine ſucceſſiue ac diuerſis tēpo-
ribus manifeſtantur. hoc enim ē a virtute formatiua que ra-
tionaliter prius diſponit ad vitā ꝙ̄ ad ſenſum. et prius ad ſen
ſum ꝙ̄ ad rationē ¶ Preſertim cū natura non ſubito ſed paula-
tim et ſucceſſiue operetur ¶ Cū autē aīa rationalis infundit cor
pori predicte primo infuſe non habēt actiones ſuas. deinceps
a virtute formatiua. ſed ab ipſa aīa Aīa quoqꝫ duas prias po
tētias. ſ. vegetabilē et ſenſibilē exercet tantū in corpore ¶ Ani-
ma vegetabilis et ſenſibilis non debent dici aīe in homie. ſed
potentie. nec anima vegetabilis in aīali dicēda ē aīa ſed potē
tia. Anima autē vegetabilis in aīali dicenda eſt anima non
potentia.

¶ De potentia aīe vegetatiue. ¶ Capitulum. xxxiij.

ANima vegetabilis tres habet potentias. ſ. generati-
uā. nutritiuā. et augmentatiuā ¶ Prima eſt ad ſpeciei
conſeruationē ¶ Secunda eſt ad conſeruationē indi-
uidui ¶ Tertia eſt ad perfectionē ſubiecti ¶ Uirtuti autē nutriti-
ue quattuor deſeruiunt. ſ. virtus. attractiua que aſſumit neceſ
ſaria in nutrimento ¶ Itē digeſtiua q̄ ſeparat ꝯueniēs ab incon-

uenienti in alimento. Item reuerentia que cibū tandiu retiet ī vno loco. donec debitā recipiat alterationē. Itē expulſiua q̄ expellit quod ſupfluū eſt in nutrimēto ſ aū oēs has ē appetia

¶ De potentijs anime apprehenſiuis. ¶ Capitulū. xxxiiij

Anima ſenſibilis duplicē habet potentiā. ſ. apprehē ſiuā et motiuā. Apprehenſiua diuiditur in apprehē ſiuam de foris et apprehenſiuā de intus. Uires ap prehenſiue de foris ſunt quinq3 ſenſus particulares. ſ. viſus auditus. etc. vel potentie exteriores. Uires autē apprehēſiue de intus ſunt quinq3 potentie interiores ſenſibiles. que ſunt. cōmunis. ſenſus. ymaginatio. eſtimatio. fantaſia et memoria. Tradunt peripbatetici omnes vires iſtas organicas eſſe. et q̄ per inſtrumenta corporalia ſuas operationes perficiūt. eo q̄ ſint circa particularia tantū. Omnis eni forma particularis ī materia aliena eſt. quoniā forma ſine omni materia accepta vniuerſalis eſt circa quā operatur intellectus. Iſta facile eſt vi dere in ſenſibus particularibus quoniā illi non apprehēdunt niſi per rei ſenſibilis preſentiam. De virtutibus autē interiori bus que ſunt. ymaginatio. eſtimatio. fantaſia. idem eſt quoni am in illis omnibus eſt apprehenſio forme ſingularis ſecun dum ſitum partiū. et lineamenta et quantitatē. Oēs iſte potē tie paſſiue ſunt et patiuntur a formis et indiuiduis que ſūt pri cipia cognitionis ſenſibilis. Senſibilis dico quia duplex ē co gnitio intellectualis que oritur ex eo quod proprie et intelle ctum habet cognoſcit forme conuenientes. et huiuſmodi. ſē ſibilis que pueniſ ex indiuiduis et obiectis ſenſuū particula rium que ſunt principia cognitionis ſenſibilis. Sciendū prete rea q̄ nulla potentia apprehenſiua ſenſibilis retinet id qđ ap prehendit imo quod vna apphēdit alia retinet. ¶ Notandū er go q̄ alia virtus eſt que bene tenet alia que bene recipit et iſta que bene tenet perficitur ſicco et frigido. ſ illa que bene reſpi cit perficitur humido.

¶ De ſenſibus particularibus. ¶ Capitulum. xxxv.

Senſus particularis in quinq3 diuiditur. ſ. in viſū. au ditū. guſtum. odoratum. et tactum qui in multis con ueniunt et in multis differunt. Conueniunt enim quinq3 ſen ſus in hoc q̄ ſunt vires paſſiue. Sentimus eni intra ſuſcipien tes non extra mittentes. Senſibile enim poſitum ſupra ſenſu3 non ſentitur. ſecundo de anima. Omnes ſenſus ſunt percep tibiles ſingularium non viliū. ad quemlibet ſenſum extēdun tur nerui duo. vnus ad ſentiendum quid agitur contra exterio ra. et alius ad motum voluntarium qui agit et ius aīe interior et ad organum dirigit intentionem. In omni ſenſu oportet eſ ſe proportionem ſenſibilis ad ſenſum. quia in medijs delectā tur. et in extremis corrumpuntur. Ad ſentiendum aliq̄d opor tet eſſe obiectum preſens et medium deferens. et organu3 ſa num atq3 conueniens et anime intentio actualis. Omēs ſen ſus vnam habent originem. ſecundum ſenſum cōmunē a quo velut a centro quaſi linee quedam exeunt. Differunt etiā ſen ſus particulares in multis. Nam quilibet habet ſpeciale iſtru mentū. Differunt etiam in obiectis. differunt in medio diffe rentie. quia tactus et guſtus habent medium intrinſecꝰ et alij extrinſecus. Differunt in velocitate apprehendendi: q2 viſus eſt citiſſime apprehenſionis et remota apprehendit. Differunt ſitu. quia viſus eſt ſupremus poſt auditus. deinde alij per or dinē. Differunt vtilitate. quia guſtus et tactus maxime ſūt ne ceſſarij ad conſeruationē indiuidui et ſpeciei. Guſtus eī diſ cernit cibū per quē ſeruatur aīal a nociuo. Et tactus diſcernit qualitates ſenſatoꝝ. ſicut calide et frigide. et hmōi. vt animal declinet extrema taliū qualitatū ne corruptionē incurrat. Dif ferunt gn̄alitate. q2 tactus ē gn̄alior cū nō hēat organū deſmi natū. ſed in oībus mēbris ſit. Differūt etiā in impreſſionum retentione. Senſus eni groſſiores fortius retinēt ſuas impſſi ones ſicut p3 in tactu. Nota q̄ videmꝰ viſu et oculo. ſ differē ter. Nā viſu videmꝰ effectiue ſiue formaliter: ſed oculo vide mus inſtrumētaliter. Eodēmodo dicendū eſt de ceteris ſen ſibus. Aia alienaſ a ſenſibꝰ tripliciſ. Prio in ſono. Scđo i ex taſi magis. Tertio in morte maxime. ¶ De ſēſu cōi. ca. xxxvi

Senſus cõmunis eſt potentia que oĩm ſenſuũ parti-
cularũ obiecta apprebendit. vt dicit philoſophus. ij
de aĩa. Omnes enĩ ſenſus exteriores a ſenſu cõi ex-
teriori velut a centro particulariter exeunt. et ſenatoꝝ ſuorum
ſimilitudines ad ſenſũ cõmunẽ reducunt quo mediante de ſin
guloꝝ proprietatibus iudicant et diſcernunt. Unde ſciendum
ꝙ ſenſus cõmunis eſt fons ex quo oẽs ſenſus oriũtur ad quẽ
omĩs motus ſenſibiliũ refertur ſicut ad vltimũ. Hec potentia
quedã habet inquantũ eſt ſenſus. et quedã inquantũ cõmu-
nis eſt: inquantũ eĩm ſenſus eſt habet recipere rerũ ſpecies ſi-
ne materia. et tamẽ preſente materia. inquantũ cõis ẽ habet
duo quoꝝ vnũ eſt iudiciũ ſenſibiliũ per quod nos apprehen-
dimus nos videre quando videmus. et audire quãdo audi-
mus. et ſic de alijs. Si enim hoc iudiciũ non eſſet in animali
bus non ſatis eſſet videre et audire vtile. et ſecundũ alios ſen
ſus apprehendere. Secundũ eſt cõparare plura ſenſata dicen
do vnum eſſe dulce et aliud dulcius eſſe. et hoc ideo ſẽſus cõ
munis. habet. quia ad ipſum referuntur oĩm proprioꝝ ſenſu
um ſenſata. Hec virtus in anteriori parte cerebri ponitur in lo
co vbi concurrunt nerui ſenſitiui quinq; ſenſuum qui loc9 me
dulloſus et humidus eſt.

### De vi ymaginatiua. Capitulum. xxxvij.

Virtus ymaginatiua eſt potentia apprehenſiua ĩ qua
ymagines rerũ ſenſibilium reſeruantur. Hec virtus
plus abſtrahit ꝙ ſenſus. quia ſenſus non accipit for
mã niſi preſente re. illa autẽ reſuat formã etiã re abſente ĩ hoc
etiam ymaginatio differt a ſenſu cõmuni. quia ſenſus cõmu-
nis preſentia rei exterioris indiget. ſicut ſenſus particularis.
Iſta autẽ virtus. ſ. ymaginatio theſaurus formarũ vocatur.
quia in ea ſicut dictũ eſt forme a particularibus ſenſibus rece
pte retinentur. Hec potentia in anteriori parte cerebri ſeu inte
riori ſicut et ſenſus cõmunis ponitur. et hic maior eſt duricies
ex frigiditate cerebri proueniens. vbi et ymaginatiua retinet
impreſſiones a ſenſu cõmuni receptas.

### De vi eſtimatiua. Capitulum. xxxviij.



Eſtimatiua virtus que a forma acquiſita intẽtiões
elicit que a ſenſu non percipiuntur ſecũdũ quã ouis
fugit lupum. et lupus miſeretur filio ſuo. hoc aũt nõ
poſſet fieri niſi lupus haberet cognitionẽ eius indiuidui. et ꝙ
hoc indiuiduũ ſit natus eius ſicut et ouis apprehendit lupũ
ſibi nociuũ. Iſta vero non poſſunt fieri niſi per ſenſum. Eſti-
matiua differt ab ymaginatione. qm̃ ymaginatio ſolum reti-
net formas apprehenſas per ſenſum cõmunẽ. et ad ymagi-
nationem ſolã non ſequitur affectus miſerie vel triſticie. vl' fu
ga vel inſecutio. Ad eſtimationẽ aũt ſtaĩ ſequitur qͦlibet iſto
rum. vnde ſicut intellectus practicus ſe habet ad ſpeculatio-
nem. ita ſe habet eſtimatiua ad ymaginationem. Et pro-
pter hoc eſtimatiua non penitus apprenſiua eſt. ſed etiam
motiua per hoc ꝙ terminat ad quid moueri debeat animal.
et a quo fugere. Cum enim animal mouetur ad cibum opor-
tet ymaginem cibi in animali eſſe. Sed eſtimatiua non ſoluʒ
mouet imo etiam apprehendit. Oportet igitur animal habe
re extimationẽ qua moueatur. Officiũ extimatiue eſt appre-
hendere intentiones non quidẽ rationis ſed nature. Un nõ
apprehendit quid ſit ſimilis aut nomen. aut verbũ vel amici
tiam vel inimicitiã cõmode vl' icõmode ſicut dictum eſt. Hec
virtus ponitur in prima parte medie cellule cerebri que cali-
da eſt ex motu multi ſpiritus ad ipſam

### De fantaſia. Capitulum. xxxix.

Fantaſia eſt potentia cõponens ymagines cũ yma-
ginibus et ymagines cũ intentionibus. Cõponit in
ꝙ fantaſia ymagines cũ ymaginibus. vt eſt apprehẽ
dere aliquid eſſe album vel nigrum vel diuerſas formas com
ponere vel fingere chimeras. Componit etiã ymagines cum
intentionibus. vt cũ apprehendit ouis formã lupinã eſſe fu-
giendã. Componit etiã intentiones cũ intentionibus. vt pa
tet in oue que apprehendit nato ſuo prebenda eſſe vbera ⁊ ali
enum eſſe repellendum. Per fantaſiam. maior habet cogni-
tio que poteſt haberi in anima ſenſibili que eſt in brutis. per
hanc eñi non ſolum ſcit pñtia. ſed etiam prouidet ſibi in futu
rum. Per hanc enim quedam animalia faciunt ſibi cauſas et

de cibo prouident in longinquū. per hanc de illo ſcit quod ſit
Idem et de alio ꝙ ſit aliud. et ſic de eo omni de quo ſententia
profertur per modū affirmationis et negationis ¶ Per hanc
quoqȝ videmus aliquid eligere aīalia. et aliquid refutare Ad
electionē et refutationē precipitur ſcia et diſcretio ¶ Et iō mul
ti dixerunt ꝙ fantaſia eſt aliquid rationis. ſed dicimus nō eſ
ſe verā electionē aīe ſenſibilis. ſed aliquid ſimile ¶ Hec a vul
go in homine vocatur cogitatiua. cū tamē cogitare proprie ſit
rōnis ¶ Fantaſia operatur in ſomno ſicut vigilia ¶ Qñ autē in ſom
nis res videtur eſſe pñtes. hoc ē qꝛ fit reuerſio ad ſenſū cōmu
nē ¶ Iſta potētia qñ cōiūcta ē rationi ſicut eſt in hoīe. tunc acci
pit agēdi et operādi regimē a rōne ¶ Sed quia ratio diuerſifi
catur ſecundū diuerſitatē coꝝ de quibus ratiocinatio fit. ideo
per operationes fantaſie multiplicantur in hoīe valde ¶ Ubi
autē fantaſia non eſt cū ratione vt eſt in brutis: tunc regit ſo
lum ſecundū inſtinctū nature ¶ Et quia natura vno modo ē in
habētibus ſpeciē vnam. ideo conceptio fantaſie operatur in
talibus vno modo ¶ Et inde eſt ꝙ omnis irundo facit vno mo
do nidum ſuū ¶ Dixerunt quidam philoſophi ꝙ iſte virtutes
i brutis potiꝰ aguntur ꝗ̄ agant. ſꝫ in hoīe potius agunt ꝗ̄ agā
tur. quia bruta mouentur ſecundū impetū et impulſū appeti
tus naturalis ¶ Motus autē humani regulātur ſecundū regi
men rationis. ¶ Notandū ꝙ melancolici et infirmi. et amā
tes multas habent fantaſias. ſed hoc non eſt ex illuſtratōne
que fit per ymagines rerum ſenſibilium. ſed ex paſſionibꝰ na
ture et confuſione ſpirituū aſcendentiū ad cerebrū et caput tur
bantium ¶ Tales enim ſpiritus diuerſarū ymaginū inuolutio
nes faciunt et generant horribiles viſiones. et conceptiones
¶ Preterea ſciendū ꝙ bruta citius recipiunt influxus primi
motoris ꝗ̄ homines. ſicut patet in formica que qñ cibū colli
git infra tres dies non pluit ¶ Et gallus cantū ſuū per tempus
variat quia imutationē aure ex influxione primi motoris pre
ſentiunt ¶ Huius dicti hec eſt ratio. quoniā homies multū oc
cupantur circa cōceptiones ſuas cōferendo et componendo.
et diuidendo. quare influctiones primi motoris nō percipiūt



ita cito ſicut bruta que non ſic occupātur in ſuis cōceptōnibus
nec ſecundū illas operātur. ſed tm̄ ſcdm̄ intellectū nature ¶ Iſta
vis. ſ. fātaſia plurimū ipedit intellectū eo ꝙ minꝰ occupat aī
mā cōpoſitōe et diuiſione ymaginū nō ſolū acceptaꝝ a ſenſi
bus. ſed etiā fictaꝝ maxime autē impedit intellectū quando
aliquid de celeſtibus et diuinis imprimitur ei. et hoc ideo. qꝛ
conceptiones tales intellectꝰ nō poteſt ferre. nec ſunt ſimiles
ymaginatōibus et fictiōibus fantaſie ¶ Fantaſia vero ponit ī
medio medie cellule cerebri tanꝗ̄ centrū inter ymaginatiuā
et memoratiuā. qꝛ fantaſia conuertit ſe tam per formas quas
accipit ymaginatiua per ſenſum ꝗ̄ ſup intētiones quas reſer
uat memoria. et tūc iſtas formas ac itentōes diuit ac cōponit

## ¶ De memoria. ¶ Capitulum. xl

MEmoria autē eſt repoſitorium preteritoꝝ. Reſuat
eñ memoria intētiones ꝑ eſtimationē a figuris reꝝ
elicitas ¶ Anima per memoriā mediātibus rebꝰ ſen
ſibilibus in ipſas reddit res ſenſibiles que ſunt extra ipſaꝫ. et
propter hoc oportet actū memorie duas precedere operatio
nes. quarū vna eſt hoc eſſe receptū. et hec eſt operatio ſenſus
cōmunis. et in hoc memoria incipit ¶ ſecunda eſt hoc eſſe con
ſeruatum apud nos quod fit per ymaginationem. oportet eti
am ꝙ ante memoriam quedam virtus operetur que ex figu
ris rerum diuidat rerum intentiones ſingulares ¶ Differunt
ymaginatio et memoria. quia ipſa conſeruat ſpecies rerū. hec
conſeruat intentiones ſpēꝝ ¶ Sciendū quoqȝ ꝙ memoria dif
fert a reminiſcentia. quia memoria diſcrete et diſtincte reuertit
ad res cōponendo intentōes diſtinctas cū ymaginibꝰ Remi
niſcētia ſiue recordatio ē motꝰ quaſi interceptus et abſciſſus ꝑ
obliuionē. et ē cū collatōe tp̄is et loci. et hmōi ¶ Remiſcentie
eñ modꝰ nō eſt vniformis. ſꝫ cātur ī plib3 pricipijs circūſtātī
bus id cuiꝰ proprie ē reminiſcibilitas cū ſit pricipiū multorū
prius memoratorū ¶ Cū enim ꝑ memoriā fiat reꝝ apprehen
ſio quod cedent res prius fuerint in ſe vel in ſenſibus alijs co
gnite. patet ꝙ ſi qͥs rem totaliter oblitꝰ eſt nō pōt per meōriā
recordari ſe eſſe oblitum ¶ Sed ſi oblitus eſt in parte. tūc per

id quod remanſit poteſt reminiſci. ſed quādoqꝫ ſciuiſſe vel ꝑ
collectionē reminiſcentie pōt etiā ad id quod oblitus eſt redi
re. cū illius adiutorio quod remāſit memorie. Alia eſt diffe-
rentia inter memoriā et reminiſcētiā. quia memoria multa ꝑ
ticipant animalia. Sed reminiſcentia eſt ſolius rationis quia
reminiſcentia eſt quedam inueſtigatio que ſine ordine ratio-
nis non eſt ac ſine deliberatione per que antecedens ordina-
tur ad conſequens. Sane enim quis reminiſci voluerit ea que
non eo modo quo per ſenſum ſed per intellectū apprehendit
hoc non fit per memoriā. quia memoria talia non reſeruat. ſꝫ
intellectus conuertit ſe ſuper ea que habet apud ſe. et ea redu
cit ad actū que habet in habitu. Iſte autem habitus manet
actualiter apud intellectum potentialē qui eſt locus ſpecierū
vniuerſaliū. vnde et vniuerſalia ſpeculata remanēt apud ipm
tanꝙ in loco ſue generationis. etiā actu quādo illa non con-
ſiderat. Intellectus autē potentialis ad has ſpecies quas ſic
habet apud ſe conuertitur. vel ab eis auertitur quando volue
rit. Ultimo notandū ꝙ memoria ponitur in poſteriori parte
cerebri qui locus eſt ſiccus propter neruos motiuos qui oriū
tur ex ipſo.

De vi ſenſibili et motiua. Capitulum. xli.

Sequitur de vi ſenſibili et motiua. Hec mouet quādo
qꝫ ſpiritualiter. qn̄qꝫ corporaliter. Primo mō dicit̄ ap
petitiua que mouet dupliciter. aut diligēdo aut audi
endo. Et diuiditur in concupiſcibilem et iraſcibilem per quas
appetit aīa bonū: vel inſurgit contra malū. Ab his vero duo
bus. ſ. iraſcibili et concupiſcibili oriuntur quattuor affectiōes
ſ. gaudium. ſpes. dolor. et timor. Nam ſi preſens eſt ꝙ concu
piſcimus. gaudemus. ſi abſens eſt ſperamus. Similiter ſi pre
ſens eſt de quo iraſcitur dolemus. ſi abſens eſt timemus. Sē
ſualitas aūt ē vis aīe ſēſibil' motiue ⁊ ad idē mouet ad qḋ cō
cupiſcibil' et iraſcibil'. Sēſualitas eñ appetit q̄ delectabilia ſūt
corpi ac nociua refugit. Differt aūt ſēſualitas ꝯcupiſcibili ⁊ ira
ſcibili. qꝛ ſenſualitas magis cōiungitur corpori. et ſicut in bru
tis ita in homine nulla lege ſtringitur quin ſemper in appe-
titus rerum ad corpus pertinentiū moueatur. ſed concupiſci-
bilis et iraſcibilis iungitur rationi et prout ſunt in homine fre
nantur rationi ac reguntur virtutibus que fundantur in ipſis.
Eſt enī temperantia in concupiſcibili. et fortitudo in iraſcibili
et ſic de alijs. ſecundū ꝙ vis motiua ſenſibilis mouet corpo
raliter. Sic diuiditur in virtutē naturalē. vitalē et aīalē. quarū
prima ſitū ſuū habet in epate. vt in proximo principio cū pri-
mū principiū eſt cor. ſecūda in corde. tertia in capite. vt ī pro
ximo principio. tamē primū principiū eſt cor. Uirtus natural'
eſt motiua humorum. vitalis motiua pulſuū aīalis eſt moti-
ua mēbrorꝫ. Dicimus ꝙ virtus naturalis eſt motiua humorū
mediantibus artherijs et venis que radicantur in epate ſecū
dū Galienū. ſed ſecundū ariſtotelē radicantur in corde ⁊ h̄ per
ſpꝫ naturalē. Eſt aūt vtꝰ natal' ſbā ſbtil' ⁊ aerea vi caloris ī corde
gn̄ata. Hec ſanguinē ad ſingula mēbra īpulſat. ex quo corpꝰ
vegetatur. Uirtus vitalis eſt motiua pulſuū mediantibꝰ ar-
therijs que radicantur in corde. Spiritus autē vitalis eſt idē
qui et naturalis. Idem dico in ſubſtantia. ſed differēs in vir
tute. hec per artherias ad mēbra corporis ſe diffundens viui
ficat ipſum corpus tanꝙ inſtrumentū. Uirtus aīalis eſt mo-
tiua mēbrorꝫ mediantibus neruis qui radicantur in capite. et
hoc per ſpiritū animalē. Eſt autē ſpiritus aīalis idē quo et na
turalis et vitalis. ſed aīalis dicitur cū ad cerebrū deuenerit. hic
ceteris ſubtilior per neruos. ad organa ſentiendi dirigitur vt
ſenſus et motus ſecundū locū exinde generetur in corpore a-
nimalis. Circa vires iſtas deniqꝫ. Sciendū eſt ꝙ cū virtutes
aīales intendūtur: tunc naturales remittuntur propter hoc in
homine dedito ſtudio vel meditationibus minus operat̄ vir
tus nutritiua et generatiua et augmentatiua. Ex quo patet ꝙ
concupiſcentia carnis domatur in viro ſtudioſo. Unde ait
Hieronimus. Ama ſcientiam ſcripturarū et carnis vicia non
amabis. Preterea quando virtutes animales remittunt̄. na-
turales incedunt. ſicut patet in ſomno qui deſcribitur eſſe
quies virtutū aīalium cū intentione naturaliū.

De potentijs aīe rationalis. Ca. xxij

TRia ſunt in aīa vt ait philoſophus.iij.de aīa.ſcilicet
potētie habitus et paſſiones. Potentie quidē ſunt i
nate. Habitus autem ſunt acquiſiti vel infuſi. Paſſio
nes vero ſunt illate vel innate. Habitus enim ſunt acquiſiti vt
patet in ſcientia et virtute pollitica. Nam ex frequenti ſtudio
homo acquirit ſcientiam.et ex frequēti bene agere fit homo
bonus bonitate virtutis pollitice. Sunt et habitus quandoqȝ
non per acquiſitionem.ſed per effuſionem.ſicut ſapientia fu-
it infuſa Salomoni et virtutes theologice auferuntur quoti
die paruulis in baptiſmo.et etiā penitentibus in iuſtificatiōe
et ex actibus non generantur tales habitus.ſed potius ex ta
libus habitibus eliciuntur boni actus ex potētijs. vnde i ha
bitibus acquiſitis ſequitur. Quales ſunt actus tales ſūt habi
tus.ſed in habitibus infuſis eſt contrariū.ſ.quales ſunt habi-
tus:tales ſunt actus. Eſt tamen verum ꝙ ſicut habitus acqſi
ti generantur per actus.ita et generantur per actiones ſed nō
meritorias:in quantū tales. Paſſiones autē ſunt illate ab ex
trinſeco.vocat autē paſſiones philoſophus receptiones ob-
iectoꝝ. Sumitur et aliter paſſiones vt dicantur affectiones.
ſicut dolor.timor.ſpes.et gaudium.

De diuiſione potentiarum anime. Capitulū.xliij.

NUnc ad diuiſionē potentiarum anime accedamus
Philoſophus.iij.de aīa igitur diuidit principaliter
anime potentias in cogitatiuā et motiuā quas the
ologus appellat intellectum et affectum. Ipſum aūt affectū
intelligit voluntatē. Potentiarum autē anime quedā ſunt ſe-
parate a corpore.vt velle et intelligere.ſecunduȝ quas anima
non vtitur corpore:ſed vtentur vtente corpore.ſ.fantaſia que
ſic habet ad intellectum.ſicut color ad viſum. vt ait philoſo-
phus.ij.de aīa. Quedam vero ſunt vires inſeparabiles a cor
pore.vt vegetabiles et ſenſibiles quantū ad operationem.et
quantū ad eſſentiā.vt in brutis. Sed in hoīe ſeparātur vires
iſte a corpe q̄tū ad eſſentiā.licet aīa operationes coꝝ exer-
cere non poſſit extra corpus. In brutis vero ſimpliciter ꝑeūt
quantū ad vtrūqȝ. Itē aīa potentias quaſdā habet cōuenien
tes cū brutis.vt eſt ſenſualitas ſenſus particulares ſenſus cō
munis ymaginatio memoria. Quaſdam habet non ꝯmunes
cū illis.vt eſt ratio et intellectus.et huiuſmodi. Itē aīa habet
vires quaſdā quo ad ſe.vt ē rō voluntas liberū arbitriū. Quaſ
dā habet quibus corpori permiſcetur.vt eſt vis naturalis.vi-
talis.et aīalis.de quibus dictū eſt ſupra capitulo.xli. Ex iam
dictis patet ꝙ potentie quedā ſunt organice.quedā non. Itē
ex predictis collige ꝙ aīa rationalis oēs potentias habet aīe
vegetabilis et ſenſibilis.ſed non in quantū rationalis eſt. Sce
rū in quantū rationalis eſt addit intellectū et liberū arbitriuȝ
et huiuſmodi. Et hoc ꝙ dicit. Grego. Omnis inquit creatu-
re aliquid cōmune habet homo. Habet namqȝ homo cōmu-
ne eſſe.cum lapidibus viuere cū arboribus.ſentire cū animali
bus.intelligere cū angelis. Quicquid eni virtutis aut nobili-
tatis hēre poſſūt nature inferiores:hn̄t et ſuperiores. ſed per
fectiori modo et nobiliori. Propter hoc manifeſtatum eſt ꝙ
oēs vires quibus cōicamus cū brutis differunt ſpecie. prout
ſunt in nobis et in brutis.

De differētijs potentiarū ipſius anime. Capitulū.xliiij

QUattuor aſſignanẜ differentie virtutis intellectiue.
Pria daẜ ſecundū differentiā nature ſic intellectꝰ di
uidiẜ in agentē et poſſibilē. Scda daẜ ſcdm differen
tiā obiecti.et ſic diuidiẜ intellectꝰ i ſpeculatiuū et practicū. Ter
tia aſſignaẜ ſm differentiā dignitatis.et ſic diuidiẜ rō in ꝑteȝ
ſupiorē et iferiorē. Quarta daẜ ſm ꝯparatōem ad actū et ſic di-
uiditur intellectꝰ in habitū et in actū. In habitū quidē poteſt
eū itelligere qn̄ vult. In actum vero cū actualiter ad intelligi
bile ſe conuertit. Differētia vero intellectus in effectu et eius
qui diciẜ adeptꝰ ſumiẜ ſecundū maiorē et minorē ꝑfectionem
ipſius intellectus poſſibilis. Nā cū intellectus poſſibilis reci
pit ſpēs cū lumie intellectus agētis.tūc diciẜ intellectꝰ in affe-
ctu.et etiā in hitu. Intellectꝰ vo cū recipit ꝑfecte lumē.et ſecū
dū formalē ꝯiūctionē tūc vocaẜ intellectꝰ adeptus. Diligēter
autē notandū ē ꝙ omēs differentie intellectuū iam predicte
ſumuntur vel ſecundū actū.vel ſcdm habitum.vel ſecundum

modum intelligendi. et nulla ſumitur ſecundū diuiſionē potentie cognitiue. niſi p̄ria tantū ſecundū quā diuiditur in agētē ⁊ poſſibilē.

¶ De modo cognoſcendi. Capitulū. xlv.

Res cognoſcit aliter deus. aliter angelus. aliter homo. ipſe quoq; homo aliter cognoſcit deus ꝑ intellectū. aliter per creaturas. ¶ Intellectus enī diuinus cognoſcit res ex ſeipſo. ¶ Intellectus autē angeli cognoſcit res per ſpecies ſibi concreatas que ſunt ſimilitudines rerū. ¶ Sed intellectus humanus cognoſcit res per ſpecies abſtractas a rebus particularibus per ſenſū prius cognitis. ¶ Unde ſciendū ꝙ ſicut ſenſus cognoſcit res preſente obiecto. et ſicut ymaginatio cognoſcit abſente obiecto et tamen cum appēditijs materie ita intellect⁹ cognoſcit ſine appēditijs materie ſub intentōne vniuerſali. ¶ Alia igitur per intellectū aliqualiter cognoſcit oīa et attingit. ¶ Cognoſcit enī deū ſupra ſe. et ſeipſā in ſe. et angelos iuxta ſe. et quicquid celi ambitu cōtinetur infra ſe. Quid ſit autē modus cognoſcendi deū. ¶ Nota ꝙ intellectus humanus non cognoſcit deum per abſtractionē ſicut alias res. et h̄ ideo eſt. quia ſimilitudo abſtracta ſimplicior eſt illo a quo fit abſtractio. deo autem nihil ſimplicius eſt. ¶ Alia ratio eſt. quia ī abſtractione oportet eſſe particulare et vniuerſale. particulare quidem a quo fit abſtractio. vniuerſale autē. ſ. ſeipſum abſtractū: ſed nihil horum cadit in deū. ¶ Sciendū preterea ꝙ per ſenſum cognoſcimus particularia: ſed per intellectū vniuerſalia. et quando ſe intellectus conuertit ad particulare vt ipſū apprehendat: tunc ſimilitudo abſtracta a particulari erit vniuerſalis. et non particularis. ¶ Item nihil venit in intellectum niſi per ſenſum: et hoc fit duobus modis. ſ. vel ſimpliciter vel per accidens. ſimpliciter quidem. vt quando intelligimus ſēſibilia prius per ſenſum apprehenſa. Per accidens autē. vt qn̄ intelligimus inſenſibilia per effectum. ¶ Notādū eſt etiā ꝙ aliud eſt rem per cognitione in intellectū venire. et aliud ē in re. iam intellecta verſari. quia tūc cognitio rerū per ſenſum venit in intellectū ſicut dictum eſt. ſed cum intellectus iam apprehēdit tunc delectatur et negotiatur in illa. etiam ſine ſenſus adminiculo. ¶ Ad cognoſcendum iſta plenius nota vtrūq; veruꝫ eſſe. ſ. ꝙ particularia cognoſcuntur per vniuerſalia. et ecōtra: vniuerſalia cognoſcūtur per particularia. ¶ Iſtud ſic patet quia duplex eſt vniuerſale vnū. ſ. prout eſt abſtractū et aliud cōfuſum. videlicet ſecundū ꝙ eſt in particulari. ¶ Dicim⁹ ergo ꝙ ad cognitionē vniuerſalis abſtracti venimus per particularia ſicut patet in pueris in quibus prius operatur ſenſitiua ꝙ̄ intellectiua. quia prius cognoſcunt particularia per ſenſum. et poſtea vniuerſalia per intellectum. Sic et philoſophi inuenerunt modū argumentandi per inductionem. quia ex multis ꝓpoſitionibus particularibus vnā concluſionē faciunt vniuerſaleꝫ hoc modo. ¶ Socrates eſt aīal. Plato eſt animal. Cicero eſt aīal. Ergo oīs homo eſt aīal. ¶ E contrario eſt in vniuerſali cōfuſo. qm̄ per talem vniuerſalē venimus in cognitionē particularium ſicut patet quando videmus hominē a remotis. tunc non cognoſcimus niſi eius ſubſtantiā corporeā. ſed poſtea per motum cernitur eſſe animal. ¶ Dum vero magis appropinquat cernitur eſſe homo. tandem cognoſcitur eſſe petrus. ¶ Nota ꝙ ſecundū philoſophū in libro de ſenſu et ſēſato plura ſcire poſſumus. ſed vnū ſolū intelligere. qm̄ ſcire dicit habitū per quē plura ſcimus. intelligere autē dicit actum qui non poteſt ī intellectum eſſe duplicatus. ¶ Intellectus enī ad vnū ſolum ſe pōt actualiter conuertere. et hoc patet. quia quando quis agit duos actus rationis ſimul vno tēpore. vnus eſt intellectus. et alius memorie ſiue conſuetudinis. ¶ Verbi gratia. ¶ Aliquis dicit horas et querit in libro concordantias. vel numerat denarios vnū illoꝝ. ſ. querere concordantias eſt actus intellectus. ⁊ aliud. ſ. dicere horas eſt actus memorie. ſicut etiā aīal brutum ſine regimine intellectus vadit ad domū ad quā ſepe viuit.

¶ Item nota ꝙ ad intelligentiam rei non requiritur preſentia rei intelligibilis: ſed p̄ſentia ſimilitudinis eius tantuꝫ. q2 res non cognoſcuntur eſſentia. ſed per ſimilitudinem. et inde eſt ꝙ intellectus apprehendit remota ſicut propinqua.

¶ De intellectu agente et poſſibili. ¶ Capitulū.xlvi

Hunc de intellectu agente et poſſibili ſpecialiter ē di
cendū. Intellectus igitur agēs eſt qui abſtrahit ſpe
cies ab ymagine ſiue fantaſia. et ſua irradiatione fa
cit vniuerſales ac ponit res in intellectu poſſibili. naʒ ſicut ad
viſum corporalem extrahitur lux abſtrahens intentioneʒ co
loꝝ. i. ſimilitudines a colorato. et ponit eas in aere. non quiḋ
ſecundū eſſentiā. ſed ſecundū intentionē. i. ſimilitudinē ¶ Sic
intellectus agens qui eſt lux aie ponit ſpecies abſtractas a fā
taſia in intellectu poſſibili. nō quidem actualiter. ſed ſecundū
intentionē. i. ſimilitudinē ¶ Quare autē inter ymaginationeʒ et
intellectum poſſibilē non ſunt potentie eiuſdem ſpeciei. hec ē
ratio qm̄ altera eſt potentia aie ſenſibilis. altera aie rationalis
¶ Intellectus autē poſſibilis dicitur. quia poteſt recipere tales
ſpecies. ſed nondū ſuſcipit eas cuius exemplū eſt tabula nu-
da nullā habens picturam. potēs eſt autē habere quancūqʒ
ſane cū intellectus poſſibilis tales ſpecies receperit. tunc ſicut
habes ſupra capitulū. xliiij. vocatur intellectus in effectu vel
in habitu ¶ Cū vero illuſtratur multitudine ſpecieꝝ ſenſibiliuʒ
tunc eſt intellectus adeptus ¶ Qualiter autē iſte ſpecies rema-
neant in intellectu poſſibili. vel qualiter ad eas fiat per remini
ſcentiā conuerſio et reuerſio habes ſupra in ca. xl. de memo-
ria ¶ Porro intellectus agēs ⁊ poſſibilis differunt ſicut lux. et il
luminatum ſicut perficiens et perfectibile. quia vt dicit phūo
ſophus intellectus agens eſt omnia facere. ſed intellectꝰ poſſi
bilis eſt fieri ¶ Et vt plenius innoteſcat notādū ꝙ ſicut ad hoc
per ſpeculū aliquid videatur tria ſunt neceſſaria. ſ. ſpeculū qḋ
aptū natū recipere impꝛeſſionē corpoꝝ obiectoꝝ. coloꝛ autem
in corporibus obiectoꝛ et lux qua moueatur coloꝛ corpoꝝ ob
iectoꝝ que ſine luminis influxu quantumcunqʒ obijciatur nō
ſunt receptibiles a ſpeculo. ſic ſimiliter ad hoc vt aliquid in in
¶ De ſuperbia. Capitulum. xv.
¶ De inuidia. Capitulū. xvi.
¶ De ira. Ca. xvij. ¶ De accidia. Ca. xviij.
¶ De auaritia. Ca. xix. ¶ De gula Ca. xx.
¶ De luxuria. Ca. xxi.
¶ Quomodo ſeptem vitia ſunt venialia vel moꝛtalia. et pꝛimo
de ſuperbia ſiue vana gloꝛia. Ca. xxij.
¶ De inuidia quomodo ſit moꝛtale vel veniale. Ca. xxiij.
¶ De ira quomodo ſit moꝛtale vel veniale. Ca. xxiiij.
¶ De accidia quomodo ſit moꝛtale vel veniale. Ca. xxv.
¶ De auaritia quomodo ſit moꝛtale vel veniale. Ca. xxvi
¶ De gula quō ſit moꝛtale vel veniale Ca. xxvij
¶ De luxuria quomodo ſit moꝛtale vel veniale. Ca. xxviij.
¶ De pctō in ſpm ſanctū. Ca. xxix. ¶ De peccato coꝛdis. Ca. xxx
¶ De peccato oꝛis. Ca. xxxi. ¶ De peccato operis Ca. xxxij
¶ De peccato omiſſionis. Ca. xxxiij. Explicunt capi-
tula.


¶ Incipit liber tertius. De malo in genere. Cap. i.

Malū triplex eſt. culpe. pene. et damni. qđ opponi
tur triplici bono. ſ. honeſto. delectabili. et vtili. nā
culpe opponitur honeſtū pene opponitur dele-
ctabile. dāno oppoīt vtile. Malū eſt vtile mul
tis modis. Pꝛio propter ſuā oꝛdinatōnē. qꝛ per vilificationē
ponit ī loco inferioꝛi ī vniuerſitate rex. vn̄ et bn̄ oꝛdinant et ſi
cut et oꝛdinate ponit dyabolus ī inferno. et furi ī patibulo. Se
cūdo mō vtile ē ꝑpter ſuā coactionē. Amaritudo eīn conſcie
cogit hoīem a pctō recedere. Viere. ij Arguet te malitia tua et
auerſio tua īcrepabit te. Itē ī eodē vide q̄ malū et amaꝝ ē te
dereliq̄ſſe dn̄m deū tuū. Tertio ē vtile ꝑ ipi᷒ mali ꝯſideratōnē
ex co. n. q̄ bō malū videt naturaliter ꝑficit. qꝛ ſicut bō naturalr̄ bo
nū appetit ita naturalr̄ hoꝛret malū et fugit.

¶ De peccati diffinitione. Capitulum. ij

Poſt malum in genere ſequitur de malo culpe in ſpe
Diffinitur autē peccatū multis modis Pꝛimo ſic ab
Aug᷒. Peccatū ē volūtas retinēdi vel conſequendū
qđ iuſtitia vetat. Itē ab eodē peccatū eſt dictū vel factum vel
ꝯcupitū cōtra legē dei. Itē. Ambꝛo. Petm̄ ē p̄uaricatō legis
diuine et celeſtium inobediētia pꝛeceptoꝝ. Itē Aug᷒. peccatū

eſt ſpreto incõmutabili bono rebus mutabilibus adherere
prima diuino datur ſecundum cauſam efficientem. Secun/
da ſecundum cauſam materialem. Tertia ſecundum cauſam
formalem. quarta ſecundum cauſam finalẽ. in quarta dione
nota ꝙ in peccato duo ſunt. ſ. auerſio a creatore et conuerſio
ad creaturã quoꝝ primũ ẽ quaſi formale. ſcd̃m quaſi matiale
Et i actõe nõ ẽ peccatũ rõe ꝯuerſiõis ſi nõ ſiſtatur in creatura.
ſ rõe auerſiõis i qua ẽ deformitas ⁊ ꝯtẽptus. ꝙ aũt rõe ꝯuerſi
onis nõ ſit peccatũ. pricipaliter patet. q2 põt fieri venialiter qñ
q3. vt qñ quis delectatur in creatura plus debito. ſed tñ circa
deũ qñq3 etiã quis põt delectari in creatura ſine omni pecca/
o. vt cũ delectatio naturalis eſt tantũ ſecũdũ ꝙ viſus dele/
ctatur i viridi et guſtus in dulci. et ſic de alijs. Interdũ poteſt
etiã quis delectari meritorie. ſ. qñ ad deũ refert. vñ ps. lxxxi.
Delectaſti me dñe in factura tua. etc. Sed nũc ſumitur delecta
tio pro motu non pro paſſione.

Quid ſit peccatũ ſecundũ rẽ. Capitulum. iij.

Enendũ eſt de peccato ꝙ non eſt ſubſtãtia vel res a
t liqua ſed defectus et corruptela. Et dicit peccatũ ni/
hil propter tria. Primo propter defectũ. q2 peccatũ ñ
eſt aliqua res naturalis. ſed corruptio boni. Scd̃o proter effe
ctũ. q2 peccatum annihilat hoiem et deficere facit a vero eſſe.
Tertio ꝑpter deſpectũ. q2 vilẽ facit hoiem et indignũ premio
Circa ꝑdicta tñ ſciẽdũ ẽ ꝙ aliud ẽ pcti act⁹ et aliud habit⁹. et ali
ud macula pci act⁹ aliqd ẽ ſ nõ hẽt ãpli⁹ eẽ adueniẽte grã. ſed
pcti habit⁹ q̃ relinq̃tur ex malis actib⁹ aliqd ẽ et rẽanet iterdũ
etiã ceſſãtib⁹ actib⁹ et poſt infuſã grã3 et pcti rẽiſſionẽ. pcti vo
macula nihil ẽ ꝑm rẽ. et tñ deformat aiam ꝑ modũ paſſiõis. ſ3
priuatõis. ſic trũcatio mẽbri deformat corp⁹ et maculat. Dicit
aũt aug. ꝙ abſtinẽtia nulla ſbã ẽ. et tñ ex ea corp⁹ lãguet. ita
pctm̃ nõ ẽ res aliqua vl' ſbã aliqua. ex eo tñ natura corrũpit̃. ſ3
delet̃ ꝑ grãm. Notandũ ꝑterea ꝙ pctm̃ qñq3 trãſit actu et rẽa
net reatu. ſicut p3 in pctõ originali poſt baptiſmũ. qñq3 tranſit
actu. ſil' et reatu ſicut pctm̃ actuale poſt penitentiã ꝑfectã. qñq3
rẽanet actu et reatu. ſicut peccatũ originale añ baptiſmũ.

Quid ſit peccatum ſecũdum nomen. Capitulum. iiij.

Eccatum enim habet multa nomina. vocatur macu
p la. et hoc quia ymaginẽ anime deformat. Item rea
tus quoniam ad penam eternam obligat. Item po
lutio. et hoc quantum ad contagionem contractam ex terrena
delectatione. Item vocatur pena in ꝙtum reſpicit peccatum
primi hominis in qua natura noſtra fuit corrupta. Item de/
lictum ſecundum quod eſt receſſus a dignitate gratie habite.
Item vocatur culpa prout reſpicit ad penam. Item offenſa.
et hoc quia contra diuinam legem et bonitatem. Item preua
ricatio. et hoc in ꝙtum mandatum dei reſpuitur. Item vitiu3
i. defectus bonorum naturalium. Item peccatum prout ẽ cõ
uerſio ad bonum cõmutabile. Item vocatur ſcelus propter i
iuriam dei magnam. Item nephas prout eſt illicitum perſõe
perpetranti. Item vocatur crimen prout eſt dignum accu/
ſatione et pena.

De origine peccati. Capitulum v.

Uamuis peccatum ſit contrarium ipſi bono. non ta
q men habet eſſe niſi in bono. quod quidam bonu3 ẽ
liberum arbitrium ac voluntas a qua peccatum ſi/
cut a prima origine et in qua eſt ſicut in proprio ſubiecto. Uo
luntas igitur eſt cauſa peccati. cauſa dico non efficiens. ſed de
ficiens. voluntas enim ſecundum ꝙ habet reſpectum ad ſuũ
principium a quo eſt. ſ. ad deum non eſt nata elicere ex ſe niſi
bonum. ſed ſecũdum reſpectum ad principium ex quo eſt qd̃
ad nihilum inclinatur ad malum cum ipſa voluntas ſit ex ni
hilo tendit ad defectum. Si ergo volumus ſcire vnde ſit ma
lum culpe materialiter. dicemus ꝙ ex abſentia debiti boni. ſ.
ſpeciei modi et ordinis. Sed ſi volumus ſcire vnde ſit origia
liter dicemus ꝙ a voluntate ſiue libero arbitrio. de progreſſu
peccati. nota ꝙ peccatum initiatur primo in cognitione. pro/
cedit et creſcit in delectatione. perficitur in conſenſu. Circa ꝓ/
greſſum peccati ſciendum ꝙ quedam antecedunt ipſum pec/
catum. quedam ſequuntur. quedam circunſtant peccatũ ante
cedunt aliqua ex parte auerſionis. aliqua ex parte conuerſiõis

Ex parte auerſionis antecedunt ipm̄ peccatū iſta.ſ.ↄtemptus
Omiſſio. Ingratitudo. Inobedientia. Preuaricatio. Illa ve
ro que peccatū antecedunt ex parte conuerſionis ſunt hec.ſez
cogitatio.libido.concupiſcentia.delectatio.peruerſa intentio
et conſenſus. Alia ſunt que ſequuntur peccatū.ſicut eſt macu-
la.i.deformatio ymaginis dei.et reatus.i.obligatio ad penā
eternā. Sunt et alia que peccatū committantur:vt ſunt pecca
toꝝ circunſtantie que peccatū aggrauāt et diminuūt que no-
tantur in hoc verſu Quis.quid vbi per quos.quotiēs cur quo
modo quando. Actio eni deprauatur etiā per peccatū.etiam
illa que de genere bonoꝝ eſt qñq; in principio.qñq; in medio
qñq; in fine: et hoc per malā intentionē vel per negligentiam
vel per vanā gloriā. Unū peccatū dicitur maius altero mul-
tis modis.ſ.cauſalitate.vt peccatū luciferi.vel generalitate.vt
peccatum Ade.vel deformitate.vt peccatū iude.vel difficul-
tate.vt peccatū in ſpiritū ſanctū.vel periculoſitate.ſicut pecca-
tum ignorantie.vel inſeparabilitate.vt peccatū cupiditatis vl
pronitate.vt peccatū carnis.vel offēſione.vt peccatū ydolatrie
vel expugnandi difficultate.vt peccatū ſuperbie.vel mētis ce
citate.vt peccatum ire. Circa peccati grauitatē nota ꝙ nihil ē
peccatū viro perfecto ꝙ non ſit peccatum in imperfecto.niſi i
his que nouit. Nam perfectio non mutat genus peccati ſ; quā
titatem auget.

De diuiſione peccati. Capitulum.vi.

Diuiſio peccatoꝝ multiplex eſt. Alia eſt enim ſecū
dum cauſam efficientem ſecundū ſe.vt hec peccato
rum.aliud eſt ex ipotentia aliud eſt ex ignorātia.ali
ud ex malitia. Alia ſumitur ſecundū cauſam efficientē ratione
annexi ſecundū quā ſumitur hec diuiſio peccatorum.aliud eſt
ex amore male accedente. Aliud ex timore male humiliante.
hoc eſt ꝙ homo potius vult peccatum cōmittere ꝙ amato
carere aut malum pene quod timet incurrere. Sumun
tur peccatorum etiam diuiſiones ſecundum cauſam materia-
lem circa quam et ſecundū cauſā formalē circa ꝙ primo ſumi-
tur.hec diuiſio peccatoꝝ aliud ē cordis.aliud oris.aliud ope-
ris Item hec Peccatoꝝ aliud locutionis.aliud cogitationis
aliud operationis. Secundo mod ſumitur ſic. Peccatorū ali
ud eſt in deum.aliud in ſeipſum:aliud in proximū. In deū di
uiditur ſic. Aliud in patrem.aliud in filiū.aliud in ſpiritum ſan
ctum. Alijs tribus modis peccatur.ſ.male per infidelitatem
de deo ſentiendo. Item blaſphemādo. Item ſacramēta dei
indigne tractando Alio modo peccat quis in deū.ſ.ipm̄ ten-
tando et hoc fit tripliciter. Nam qñq; tentat quis dei potenti
am.vt cum ſigna petit quandoq; dei iuſticiā.vt cum per can-
dens ferrū vel per duellū:vel ſimilia quis iudiciū querit quā
doq; dei miam.vt cū quis dei bonitatē examinans cōmittit
ſe ſtultis periculis In ſeipſum peccat quis tribus modis ſimi
liter.ſ.neceſſaria ſibi ſubtrahēdo Itē ſuperflua ſumēdo Iem
vltra vires quiſpiam aggrediendo in proximū.peccat etiā q̇s
tripliciter proximo ſua auferēdo. Item ſibi in neceſſitate non
cōicando ſua. Item malo exemplo illum ad peccatū trahen-
do. Sumuntur preterea diuiſiones peccatoꝝ ſecundū cauſam
formalē.et hoc tribus modis.qñq; naturaliter ſecundū qua-
litatem vel ſecundū quantitatē.vel ſecundū relationē. Secun
dum qualitatē ſumitur hec diuiſio peccatoꝝ.aliud eſt commiſ
ſi.aliud eſt delicti.quoꝝ primū eſt preuaricatio preceptorum
negatiuoꝝ. Secundū eſt preuaricatio preceptoꝝ affirmatiuo
rū. Itē predictum peccatū eſt duplex contra duas partes iuſti
tie que ſunt declinare a malo et facere bonū. Itē alia diuiſio
ſumitur ſecundū qualitatem ſic peccatoꝝ quedā ſunt carnalia
quedā ſpiritualia.ſed carnalia ſūt maioris infamie.ſpūalia ve
ro maioris culpe. Secundū q̄titatē ſumitur hec diuiſio pec-
catoꝝ:aliud eſt mortale aliud eſt veniale quoꝝ primū dicitur
ↄuerſio. Secundum vero inordinatio quoniam peccatū mor
talē eſt auerſio totalis a bono commutabili et conuerſio to
talis ad bonum icommutabile. Sed peccatum veniale eſt
amor voluptatum in creatura citra deum:tamen ſecundū re-
lationem ſumitur hec diuiſio peccatorum.aliud eſt originale
aliud actuale Ultima diuiſio eſt ſcdm̄ cām finalē et ħ duplex
q: vel fm̄ ipm̄ appetibile vel ſecundū actū hominis appetētis

Secundum ipſum appetibile ſumitur hec diuiſio Omē quod
in mundo eſt. aut eſt concupiſcentia carnis aut concupiſcētia
oculorum aut ſuperbia vite quorum primū eſt appetitus de
litiarum. ſecundum appetitus diuitiarum. tertium eſt appeti/
tus honorum. Secundum actum hominis appetentis diui/
ditur peccatum in ſeptem vitia capitalia. Superbiam. Inui/
diam. Iram. Accidiam. Auaritiam. Gulam et Luxuriā. No/
ta ꝙ quinqꝫ ſunt genera operum. Nam quedam ſunt mala i
ſe. vt illa que ſecundum ſuam naturā mala ſunt. poſſunt tamē
per aliquam circumſtantiam fieri bona. vt homicidium. Que
dam ſunt mala ſecundum ſe. vt illa que per nullam circūſtā/
tiam poſſunt fieri bona ſicut eſt odire deum fornicari. et hu/
iuſmodi. Quedam ſunt bona in ſe. vt que ſunt bona ex genere
tamen poſſunt fieri mala ex circumſtantia. ſicut eſt dare elemo
ſinam. Quedam ſunt bona ſecundum ſe. vt que per nullā cir/
cunſtantiam poſſunt fieri mala. ſicut eſt diligere deum ex cha
ritate. Quedam ſunt indifferentia. vt que nec bona nec mala
ſunt. poſſunt tamen fieri vel bona vel mala. ſic eſt mouere pe
dem ſine liberatione vel quandoqꝫ comedere.

De effectu peccati. Capitulum. vij.

m Ultra mala facit homini peccatū. et ante mortem et
in morte et poſt mortem. ante mortē peccatum hec
mala operatur. naturalia vulnerat vt ſignificatur i
illo qui incidit in latrones. Item intellectus obſcuratur in co
gnitione veri. et affectus tepeſcit in operatione boni. Gratui/
tis ſpoliat. Treñ. iiij. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij etc. Sed
ne aliquod bonum pereat illa bona opera que quis peccando
mortificat alijs ſaluādis dabūtur. ſicut quādo corporali mor
te quis moritur fratres et propinqui in bonis eius ſuccedunt
aīam maculat. Treñ. iiij. Denigrata eſt ſuper carbones faci/
es eorum ad penam eternam obligat. Gen. ij. Quacunqꝫ die
comederis. Item conſcientiam amaricat. Hiere. c. ij Uide ꝙ
malum et amarum eſt te dereliquiſſe deum tuum. cor induratt
prouer. c. xviij. Peccator cū i pfundū pctōꝝ venerit ꝯtemnit.
In ſenſibilē reddit. Gen. xix. Uiſus eſt ei quaſi ludēs loqui

Simile habes in cane ſubmergendo qui non ſentit lapidem
in collo donec in aquā extra nauim proijciatur animam occi
dit. quia vera vita. i. deo priuat. i. Reg xxxi. Saul irruit in gla
dium ſuum. Sed nota ꝙ peccatum veniale diſponit ad mor
tem. Mortale vero infert ad mortem. ſed obſtinatio detinet ī
morte ad alia peccata trahit. Grego. Peccatum ꝙ per penitē
tiā non diminuitur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Exem/
plum habemus in Chaym Qui egreſſus in agrum occidit fra
trem ſuum Abel. Exemplum habes in figura Coruus egreſ
ſus de archa interceptus eſt aquis. Et dimna egreſſa vt vide/
ret etc. virginitatem amiſit. Et iudas egreſſus chriſtū tradi/
dit. Et poſt adulterium dauid ſecutum eſt homicidium. et ſic
patet ꝙ peccatum eſt pena peccati. Peccatum enim ſecunduꝫ
ꝙ in ſe eſt culpa precedentis peccati dicitur pena et ita dicitur
aliquid ſimul culpa et pena. ſed ratione actionis culpa dicitur
vero pena ratione paſſionis. quia culpa eſt quod facim⁹ pena
vero quod patimur. Licet igitur omnis culpa ſit a nobis. non
tamen omnis pena eſt a nobis. ymo quedam eſt a nobis acta
quedam a deo inflicta. quedam a primis parentibus contra
cta. et quia cum quis facit quod non debet iuſtum eſt peccati
quod debet. ideo omnis pena eſt iuſta et a diuina prouiden
tia ordinata. Quod autem vnum peccatū naſcatur ex alio ſic
apparet. Superbia que vult omnes excellere dolet ſi aliquis
ei equatur. et ſic ex ea naſcatur inuidia. Inuidia vero quia de/
facili iraſcitur ei cui inuidet. ideo ex ea naſcitur ira. ſed ira cum
non poteſt ſe vindicare triſtatur. et iō ex ea naſcit̄ accidia. Acci
dia vero conſolationem querens in exterioribus facit auarū.
Auaritia autem quia in temporalibus abūdat poteſt magis
exercere gulam. Gula vero propter ventris repletionē de faci
li ſpumat in libidinem. et ita generat luxuriam Itē bona que
fiunt infructuoſa reddit et quantu ad meritum et quantuꝫ ad
premiū. ſicut ramus preciſus ab arbore non profert fructum
ſed areſcit et habilitatur ad incendium. De talibus dicit̄. Deu
tero. ca. xxviij. Maledictus eris ingrediens et egrediens. ſcꝫ
eccleſiam materialē ad honorandū. quia taliū oratiō nō ē meri

toria: imo dicit aug⁹ ꝙ ſi tales cruce ſe ſignant potius inclu-
dant in ſe dyabolū ꝙ̄ excludant quia iam in eis per affectum
habitat. Ex hoīe infernū facit. qꝛ in peccatore eſt ignis auari-
tie. fetoꝛ luxurie. tenebꝛe ignorantie. vermis conſcientie. ſitis
concupiſcētie. demones per effectū et huiuſmodi. Item tan-
dem hoīem relinquit vacuū. Gen. cap° i. Terra erat inanis et
vacua et merito. qꝛ mundo adherentes ſuggunt vbera aridā
eo ꝙ reliquerunt fontē vite et venā aquaꝝ viuentiū et pallu-
dibus turbidis ſe ſatiant. Item fallendo decipit ſic lignū pu-
tridum de nocte lucens. et ſic eſca in hamo locans piſcem de-
cepit. Stultū hominē demonſtrat. qꝛ peccādo quis ſibi onus
ad ſe depꝛimendū imponit et ligna ſup̄ doꝛſum ſuū cremāda
colligit: et illi ſeruit qui eū pꝛo ſeruitio torquebit. aug⁹. Stul-
tum eſt in tali ſtatu viuere in quo quis non audet moꝛi. Scie-
dum ꝙ peccatum grauat hoīem in moꝛte. quia in moꝛte pri-
uatur homo ſolatio viſibiliū que dilexit. ſ. cibo. potu amicis
rebus lumine. requie et pꝛopꝛio coꝛpoꝛe ꝗ nunꝗ̄ in tali foꝛ-
ma ſuſcipiet. imo vellet habere ſic quando pꝛo dimidia par-
te corroſum eſt a vermibus. quia ſtupebit aīa peccatoꝛis quā-
do coꝛpus reſumendū videbit. Turbabitur peccatoꝛ ī moꝛte
quando videbit concurſum demonū ad aīam parentū adire.
Tren. ca. i. Omnes inimici eius appꝛehenderunt eum inf an-
guſtias. Poſtremo videndū eſt qualiter peccatū pꝛemat ho-
minē poſt moꝛtem. Confuſionē habebit ex maloꝝ operū de-
nudatione pꝛopheta. Nau. ca. iij. Reuelabo pudenda tua in
facie tua. Expꝛobrationē xp̄i audiet in iudicio. Mathei. xxv.
Eſuriui enim et non dediſtis michi manducare etc. Requie
et luce priuabitur. Mathei. xxij. Ligatis manibus et pedibus
mittite eum in tenebꝛas exterioꝛes. Unde non valebit ei ille
cantus. Requiē eternā etc. Suffragijs eccleſie non gaudebit
Eſa. lxvi. Uermis eoꝝ non moꝛietur et ignis eoꝝ non extin-
guetur in infernū pꝛecipitabitur. Exemplū de lapide molari.
quem angelus in apoc. pꝛoiecit in mare dicens. hoc impetu
mittetur babilon in inferno. a deo et electis in omnibus bo-
nis ſuperabitur. Mathei. xxv. Ite maledicti in ignē eternum.

A ſtatu penitendi cadet. Iere. ca. viij. Tranſijt eſtas finita ē
meſſis. Omnis ſpes miſericoꝛdie pꝛecidetur. Eſa. ca. xxx. Nō
remanebit teſta vt poꝛtetur igniculus ſcilicet charitatis de in-
cendio aut hauriatur parum aque de fouea ſcilicet diuine mi-
ſericoꝛdie. Sicut itaqꝫ peccatum nocet in peccato exiſtēti hac
in peccato moꝛienti. ſic quoqꝫ multipliciter nocet peccatū ipm̄
deſerenti et de illo penitenti. quia gloꝛiā pꝛime innocentie nū-
ꝗ̄ recuperabit ſicut enim coꝛrupta de cetero virgo nō erit. ita
ſemel peccans nunꝗ̄ ſe peccaſſe gaudebit. Iſtud multis oſtē-
ditur exemplis. Nam poſt ſedationē vulneris ſemper manet
cicatrix. Item qui ſemel furatur ſemper dicitur fur. Item do-
mus eius domus diſcalciati dici poteſt. Item ſymon quē do-
minus a lepꝛa mundauit. poſt mundationem ſemper vocatur
ſymon lepꝛoſus. Item templum ꝙ reedificatū fuit poſt de-
ſtructionem pꝛimi nullo modo fuit ſimile in pulchritudine tē-
plo pꝛioꝛi. Id tēpoꝛale penam obligat. Unde non exibit inde
donec reddat nouiſſimū quadꝛantē. Itē regnum celoꝝ non
intrabit donec lignū fenū ſtipulam. i. pena peccatoꝝ tam moꝛ-
talium ꝙ̄ venialiū que in pꝛeſenti ſoluta non eſt ſuper ipſum
cremetur. a gloꝛia retardat. quod figuratum eſt in abſalō qui
poſt ꝙ̄ patri reconſiliatus fuit imo manſit duobus annis ꝙ
faciem eius non vidit. qꝛ tādiu differturqꝫ a gloꝛia quouſqꝫ fi-
at ſine omni macula ſicut erat in baptiſmo. Tempus amiſſuꝫ
et meritū quod ſibi conquirere potuit cum pꝛemio nunꝗ̄ re-
cuperabit. Iere. ca. xxvi. Qui vendit ad id quod vendidit nō
reuertetur. Obſcurat oculum cognitionis et hoc pꝛopter tra-
bem que intus erat pꝛopter ſtercoꝛa hyrundinum que ipſum
excecauerant. vt ſignatur in Thobia ca. ij. Unde auguſtinus.
Oculis egris odioſa eſt lux ſicut noctuis et veſpertilionibus.

Et nota ꝙ ad hoc. de quodam ceco quem licet dominus
illuminauerit non tamen ſtatim perfecte vidit: ſed vidit ho-
mines quaſi arboꝛes ambulantes affectum reddit trepidum
ſicut in pede vulneratus. etiam ſanatus claudicat: et arboꝛ de
loco ſuo ammota aliquid virtutis ammittit. Unde dictum
eſt homini poſt peccatum. Geneſis tertio Spinas et tribulos

germinabit tibi dictum eſt ſerpenti. Gen̄.iij. Supra pectus tu
um gradieris. Faſtidium homini generat. Numeri.xxi. Ani-
ma noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Aug⁹. Palato nō
ſano pena eſt panis. qui ſano eſt ſuauis. Idē de ſe dixit poſt
quā conuerſus fuit plus valebit malum inolitum ꝙ̄ bonum
inſolitum. Ad bene operanduꝫ impedit. Gen̄.xix. Uxor loth
reſpiciens retro verſa eſt in ſtatuam ſalis quod ſterilem facit
terram. Item in dolore paries filios ſcilicet bonorū operū
et ſanctorum. Ad reſiſtendum tēptationibus debilitat. Iudith
xvi. Sanſon poſt crinium abſciſionē amiſit vires et arbor leſa
per ſecurim cito a vento deijcitur. Feruorem minuit charitatis
ſicut eclypſis ſolis diu poſtmodū nocet ſre. eo ꝙ modico tēpo
re ſibi virtus radiorum ſolis ſubtrahitur. Tertio Reg.i. Rex
dauid ſenuerat et cum operiretur veſtibus non calefiebat. Et
aqua calorem ignis minuit vel extinguit. Dolorem et timoreꝫ
ſemper infligit. Dolorem quidē quia certus de perpetrata cul
pa timorem autem quia incertus eſt de venia Aug⁹. Penitēs
ſemper doleat. et de dolore gaudeat et non ſemper doluiſſe
doleat. Per peccatum corrumpitur puritas liberi arbitrij du
pliciter. ſ. in agendo et ſuſcipiēdo In agendo quidem quia nō
poteſt ſemper facere quod debet. vl' vitare quod nocet. In ſu
ſcipiēdo autem quia gratiam ſtabilem non poteſt ſuſcipere i
hac vita. Itē corrūpitur ratio in hac vita dupl'r. ſ. quantuꝫ ad
diſcretionem iudicij inter bonum et malum et quantuꝫ ad de
liberationem ꝯſilij inter expediens. et iexpediēs Itē corrūpit
affectus dupliciter. ſ. in ordine et in modo . quia nec ſemper ē
ordinatus. nec ſemper moderatus . Peccatum multis nocet
ſ. ipſi facienti. ps. l. Peccatum meum contra me eſt ſemꝑ. His
qui ſunt in purgatorio quos non poſſunt peccatores tam eſſi
caciter iuuare ſicut ſi eſſent in gratia ipſis dānatis . et hoc per
modum coniunctionis. quanto enim plures ſunt in inferno.
tanto maior horror et maior pena. Fallit enim i inferno regu
la illa. Solatium eſt miſeris ſocios habere penarum. Salua-
tis et hoc per modum abſtractionis. Nam ex cōſortio et ſo
cietate glorificatorum augetur donum accidentale. Deniqꝫ ip

ſis viatoribus nocet tam pro eo ꝙ acies eorꝫ cōtra demones
minuitur in illo qui peccatū perpetratū pro eo ꝙ alios malo
exēplo corrūpit et ſcandaliſat Multa mala ſimilit̄ eueniūt hoī
ex eo ꝙ̄ in peccatum a quo per penitentiam ſurrexerat recidi-
uat Primum eſt qꝛ homo fit impotentior ad reſurgēdū Heb
vi. Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt et guſtaue-
runt etc. et pro lapſi ſunt iterū renouari. Secundū eſt ꝙ vitiū
fortificatur ad impugnandū. Aug⁹. de ſe loquitur. Plus in-
quit valebat malum inuolitū ꝙ bonū inſolitū . Tertiū eſt ꝙ
culpa ſit difficilior ad remittendū. Iere. O ꝙ̄uis facta es ni-
mis iterans vias tuas. ita etiā noſter quod vulnus iteratuꝫ
tardius ſanatur. Quartū ē ꝙ deus fit difficilior ad placandū
3. Reg. De ſemei qui ad primā petitionē inuenit miſericordi-
am. eo tamē pacto ꝙ ſtaret in hieruſalē. ſed quādo ſecūdario
peccauit ſine vlla miſericordia occiſus ē. Quintū ē ꝙ dyabo-
lus difficilior eſt ad expellendum. Luce ca.xi. Tūc aſſumpſit
ſeptem ſpūs nequiores ſe, ⁊ ingreſſus habitabat ibi. et ſi no. ho
il. pe. prio. Sequitur de corruptiōe ſpeciei et modi et ordinis
Unde nota ꝙ bonitas naturaliū ꝯparata ad aīam quā ſpe-
cioſam facit dicitur ſpecies. ſed ꝯparata ad opus quod mūdi
ficat dicitur modus. ꝯparata vero ad finem. i. deū ad quē or
dinatur dicitur ordo. Alio modo corruptio ſpeciei eſt
diſſimilitudo anime ad deum. Nam ſpecies anime eſt ſimili-
tudo dei. Corruptio vero modi eſt diminutio extenſionis vir
tualis ſiue infirmatio potentie que lex hoc eſt ꝙ anime non
ſuſtentantur cibo ſpirituali guſtando quā ſuauis eſt domin⁹
Corruptio autem ordinis eſt in aīa cum aſpectus et affectus
deorſum eſt ad creaturas extra naturalem ſitum . Cū eīn hec
duo q̄ ſunt quaſi caput aīe ſurſū ſūt ad deū i natali ſitu et or-
die ſunt. alioqn hō erit quaſi euerſus. Alit̄ priuatio ſpeciei eſt
deformitas ſiue carentia debite rectitudinis volūtatis rectitu
do aūt voluntatis eſt vt non declinet a ſuis extremis. ſ. a deo
principio et a deo fine. ſ. omnia que habet a deo principio re-
ferat ad deum. Cum enim quis quod habet ſibi attribuit aut
ponit alium finem ꝙ̄ deum homo iſte curuus eſt. Item pri-

ratio modi eſt exceſſus proprie voluntatis . ſcilicet cum vult
aliquid diuine voluntati contrariū . Itē priuatio ordinis eſt
auerſio voluntatis a deo et conuerſio ad creaturā . Itē aliter
creatura rationalis a ſummo bono eſt ſecundū triplicem ba-
bitudinē.ſ.efficientis formalis ac finalis.et ideo nata eſt age
re opera ſua a deo.et ſecundū deū propter deum.et hoc ſecun
dum modū ſpeciē et ordinē ſibi inſitum. ſed quoniā cadē ra
tionalis creatura de nihilo facta fuit ꝙtum ad cauſam mate-
rialem potuit deficere in ſuis actionibus.vt.ſ.operatōes ſue
non eſſent a deo ac per hoc nec ſecundū deū nec propter deū
hoc aūt ē pctm̄ ipſius ſpeciei modis et ordis corruptiuū

De peccato originali ſecundū rem. Capitulum.viij

Expedito de peccato in genere.dicendū eſt de pecca
to in ſpecie.et primo de originali.et poſt hoc de actu
ali.licet igitur aīa non ſit ex traduce.tamen origina
lis culpa ab aīa ade tranſit ad aīas poſteriorum . mediante
carne per concupiſcentiā generata.Ita ꝙ ſic ab anima peccā
te infecta fuit caro ade et prona effecta ad libidinem.ita ſemi
nata caro ſecum trahit infectionem et vitiat aīam.Ex quo pa
tet ꝙ peccatum originale eſt in carne et eſt in aīa.in carne eſt
materialiter et origialiter.et in anima formaliter tanꝙ in ſub
iecto.Sola enim aīa eſt ſuſceptibilis virtutis et vitij.et tamē
ſic dictū eſt ex coniunctione ad corpus corruptiuū trahit ad vi
tium.ſic quando cadit quis in lutum fedatur et maculatur. ta
lis autem infectio anime nō tamē eſt pena ſed etiā culpa Ipſa
vero culpa que macula eſt deletur in baptiſmo. Pena autem
que fomes appellatur ſiue peccandi pronitas remanet poſt
baptiſmū.Licet enim curetur in baptiſmo culpa ꝙtum ad re
atum dānationis eterne.tamen remanet ipſa pena quantum
ad actum et motum concupiſcentie cū qua nos oportet quā-
diu viuimus pugnare niſi extingatur concupiſcentia per gra-
tiam quod tamen caro contingit in aliquo homine quod dico
propter beatā mariā virginē in qua fuit extincta in conceptōe
filij per gratiam ſingularem.Ex predictis patet ꝙ pſona cor-
rumpit naturam.econtra natura corrupta corrumpit perſonā

Nam per peccatum primi hominis corrupta eſt humana na-
tura.ſed natura ſic corrupta corrumpit alias perſonas.Notā-
dum autē ꝙ corruptio perſone eſt reatus mentis.Corruptio
vero nature eſt infectio carnis prout eſt principiū ad carnem
alteram.Denique nullomodo debet imputari deo infectio aīe
licet eam creando infunda.et vniat cum carne infecta.quoniā
ordinatiſſimū fuit vt humana natura condiretur.ita ꝙ condi
ta propagaretur.et pro peccato puniret.vnde ſic in conditōne
ſeruatus eſt ordo nature.ſic in punitione debuit ſeruari ordo
iuſtitie.et ita patet ꝙ non eſt contra diuinā equitatē ſi ad po-
ſteros culpa trāſmittitur Dicendū igiť ꝙ originalis culpe trāſ
fuſio vľ trāſmiſſio nō eſt a deo nec a natura condita ſed a vitio
primi hominis perpetrato.et hoc eſt ꝙ ait aug᷒. ꝙ peccatum
originale nō tranſmittit ad poſteros propagatio.ſed libido.
Sic enim conditus eſt homo vt ſpūs preeſſet corpori.et cor-
pus ſubeſſet ſpiritui.ſ.ꝙdiu ille obediret ſuo cōditori Et ecō
tra.ſi ſpūs n̄ obediret deo.iuſto dei iudicio corp᷒ incipet rebel
lare ſpūi.ſicut ḡ ſi adā ſteti ſſet corp᷒ ſuū obediēs ei fuiſſet et
tľe ad poſteros n̄ trāſmiſiſſet.ſic adā ex quo peccauit et caro
ei᷒ facta eſt rebellis oportet ꝙ talē ad poſteros trāſmittat.et
ꝙ deus ſecundū inſtructionē primariā aīam infundat corpo
ri.Ex hoc patet ꝙ pater eſt cauſa originalis peccati in filio.ſꝫ
cauſam hic intellige i gn̄e cauſe efficientis.Om̄s ꝑ ꝯcupiſcen
tiam nati naſcuntur filij ire propter ꝙ incurrimus multiplicē
defectum tam corpis ꝙ aīe ad quos ſubſequimur penā mor
tis et penā carentie viſionis diuine amiſſionis glorie celeſtis
non ſolum in adultis.verū etiā in ꝑuulis nō baptiſatis q̇ pēa
mitiſſima inter ceteros puniūtur.quia ſolam penā dāni hn̄t
ſine pena ſenſus.Originale pctm̄ ſic curatur ꝑ baptiſmū i ꝑen
te ꝙ nihilomin᷒ ab eo q̇ curatus ē trāſmittitur in prolē.ſic vi
demus ꝙ circūciſus generat filiū cū preputio.et granū nudū
ſeminatū generat granū cū palea.Et hec eſt ratio.qꝛ hō gene
rat filium non ſecundum ꝙ creatus eſt in mente.ſed ſecundū
ꝙ corruptus eſt in carne.non ſecundum ꝙ ſpiritualis. ſed ſe
cundum ꝙ carnalis.

De peccato originali ſecundum nomen. Capitulum .ix.

Riginale peccatū habet multa nomina. et hoc mul
o tiplici de cauſa. Secundū eñ ꝙ originale peccatum
comparatur ad aīam. vocatur infirmitas. quia red/
dit aīam impotentē ad reſiſtendū motibus. Item feditas qꝛ
per ipſum anima maculatur. Item pronitas propter con
tinuam inclinationē appetitus ad malum. Item corruptio qꝛ
ducit ad nihilum. i. ad peccatū. Item vitiū. qꝛ diminutio ē bo
norum naturalium. Item languor nature. quia durat in natu
ra corrupta. Sed ſecundū ꝙ ꝯparatur ad corpus vocatur lex
carnis eo ꝙ lege diuina carni ſit inflictum. Item lex mēbroꝝ
quia mouet organa ad opera concupiſcentie. Item tyrannus
propter dānationem quā habet quaſi violentā in ipſa carne
concupiſcibili. Item fomes. quia ſicut cinis fouet ignem. ita
per ipſum fouetur peccatum in carne ſecūdū actū nutritiue et
generatiue. Itē ſtimulus carnis. quia ſtimulat carnē ad pri
mos motus. et animū ad conſenſum. Sed prout comparatur
ad actus delectabiles vocatur concupiſcentia que ſonat vitiū
in actu prout eſt in adultis. Item concupiſcibilitas que ſonat
vitium in potentia prout eſt in paruulis. Secundū vero ꝙ cō
paratur ad primū hoīem a quo contrahitur vocatur peccatū
originale quod eſt carentia debite iuſticie hominis.

De primis motibus. Capitulum .x.

Um peccatoꝝ aliud ſit actum. aliud contractū ipſum
c peccatū actuale frequenter a primis motibus habet
ortum. Unde ſciendū ꝙ in ſtatu innocētie non mo
uebatur ſenſualitas niſi ſecundū motum rationis. Ideo ſtāte
primo homine in eodē ſtatu non poterat in eo eſſe peccatum
etiam veniale. Primi motus et ſi particulariter et ſigilati poſ/
ſunt declinari. tamē nullomodo omēs poſſūt caueri. quia tot
ſunt peccata quot ſunt etiā pene peccati. et ideo merito dicun
tur venialia. quia hoc ipſo ſunt digna venia. Primus motus
ſic deſcribitur. quia eſt motus ſenſualitatis ſecundū impulſū
fomitis impetuoſe tendentis ad fruitionem creature delecta
bilis. Dupliciter primus motus diſtinguitur quantum ſpectat
ad preſentem materiā. ſ. primo primus qui ē motus natura/
lis et ſecundo primus qui eſt ſenſualitas. Cum ergo loq̄mur
de primis motibus ꝙ ſunt peccata intelligendū ē de ſecundo
primis que ſunt ſenſualitatis. qꝛ primo primi nō ſunt peccata
cū ſint naturales et extra genus moris qd̓ patet per hoc ꝙ ta
les non ſequūtur ymaginationē. ſed ſolūmodo naturaliū qua/
litatū actionē. Motus autē ſecūdo primi ſunt peccata. qꝛ ſūt
actus ordinati in genere moris. qd̓ patet ꝑ hoc ꝙ tales mot⁹
ſunt ſenſualitatis. quia ſubiacent aliquo modo dn̄io volunta
tis. Uoluntas autē eſt principiū moraliū. vt habetur ſeptimo
ethicoꝝ. Hic eſt ꝙ genus moris in principio incipit vbi inue/
nitur dominiū voluntatis. Hec autē eſt in ſenſualitate. Quā/
uis autē ꝑ rationē predictā ſit in ſenſualitate peccatū nō tamē
erit mortale. ſed tantūmodo veniale. quia voluntas non ha/
bet plenū dominiū ſuper primos motus qui ſunt ſenſualita/
tis ſicut eſt in illis actibus qui ex imperio voluntatis proce/
dunt: ſed habet in eis dominium incompletum. ſicut in il/
lis actibus qui non per imperium rationis procedunt. Et
tamen voluntas tales motus ſenſualitatis impedire poterat
et ideo ſunt peccata venialia. Propter hoc dicit Auguſtinus
ꝙ peccatū a deo eſt voluntariū. quod niſi ſit voluntariū non
eſt peccatū. Primi quoq; motus ideo ſenſualitati aſcribūtur
quia taliū motuum principium et ſubiectum. Dicendū ergo
ꝙ primi motus ſm predicta ſunt peccata venialia triplici rati
one. Primo quia mouēt ad illicitum. Secundo qꝛ ſunt quo/
dāmodo voluntarij non ſecundū ſe. ſed quia ſicut dictum eſt
non impediuntur a voluntate vel etiam propter precedentem
apprehenſionem. Tertio propter delectationē annexā. Cum
enim anima ꝑ delectationem coniungitur creature obtenebra
tur et peioratur. ſicut quando coniungūtur deo illuminatur et
melioratur. Nota ꝙ homo pronior eſt ad malum q̄ꝫ ad bonū
et hoc multis de cauſis. Primo quia ſicut dicitur. Sapie. ix.
Corpus ꝙ corrumpitur aggrauat animā trahens illā ad ma
lum. et non ſic erigens ad bonum Secundo quia ſicut dicit
Augu. plus valet malum inuolutum q̄ꝫ bonum inſolitū. Ter
tio quia naturaliter eſt facilius deſcendere q̄ꝫ aſcendere. et vn⁹
magis trahit deorſum q̄ꝫ deceſurſum. Quarto quia incitatiua

ad malum delectatio preſens eſt ſemper.ſed finis virtutum
incitans ad bonum abſens. Delectabile autem apprebēſum
per ſenſum vel ymaginationem quaſi de neceſſitate mouet cō
cupiſcentiā. Quinto quia plures circumſtantie requiruntur ad
bonum ꝙ̄ ad malum. Sexto quid tendimus ad noſtrū prin/
cipiū.ſ.ad nihilū. Septimo quia fomes qui mouet ad maluꝫ
ſemper intra nos eſt gloriā vero quā querimus extra nos ē.
Octauo quia vires aīe ſunt actiue diligendū temporalia. ſed
paſſiue et materiales ad ea que ſunt gratie et glorie .vñ v̄ſus.
Quicquid habet meriti p̄ueniens gratia donat. Nihil deus i no
bis preter ſua dona coronat.quia non poſſunt haberi virtu/
tes per modum receptionis. Unde malū poſſumus facere p
nos.ſed non poſſumus facere bonū ſine gratia adiutrice.

De moroſa delectatione. Capitulū.ij.

d Electatio carnalis moroſa peccatū eſt mortale.ſed
nulla dicitur moroſa niſi qñ ex conſenſu rationis eſt
Unde non intelligitur hic mora temporis ſed con/
ſenſus. Sciendū eſt ergo ꝙ delectatio ſi ſiſtit circa conſenſum
veniale peccatū eſt.ſi vero procedit vlterius ita ꝙ homo vult
interius delectatione voluptari nec tamen vult in opus proce
dere talis conſenſus eſt intra mortalia computandus. qd ma
xime debet intelligi in carnalibus peccatis.veruntamē iſte cō
ſenſus in illecebra duplex eſt.quia conſenſus in illecebra ali/
quis eſt ſubitus non per prehabitā deliberationē.ſed ex ſo/
la corruptione carnis quā precedit appetitus ſenſualitatis in
primo motu. Talis autem conſenſus dicitur ſurreptio . et eſt
peccatum veniale. Alius conſenſus eſt in delectatione mo/
tuum carnis.que eſt cū deliberatione rationis:et iſte eſt pec/
catū mortale.vt dictū eſt . Si autē ratio conſentit cū delibera
tione que fit per rationes diuinas hoc modo.quia omne lege
dei prohibitum eſt vitandum. tūc dicitur eſſe peccatū in ſupe
riori parte rationis.ſed ſi deliberatio fit per rationes huma/
nas vel naturales.hoc modo oē in quo trāſgreditur medium
virtutis ē vitandū.tūc dicet̄ pctm̄ eſſe in inferiori pte rōis.Et
ſi adhuc procedit ꝯſenſus vlteri⁹ qñ.ſ. ꝓpoſito poſt cōſumare
tūc volūtas p facto reputatur.etiā ſi facultas deſit pficiēdi ip
ſū opus.ſi v̄o ꝯſequitur ꝯſenſus et opus i his q̄ diuīa lege ſūt
ꝓhibita pctm̄ eſt mortale ꝯſūmatū. Ex p̄dictis collige diſtin
ctionē.quia delectatio duplex ē.ſ.natalis et volūtaria. In de
lectatōe pure naturali nec eſt meritū nec demeritū. Volunta/
ria duplex ē.quia alia eſt in creatore.alia in creatura. Delecta
tio que in creatore eſt bona eſt. De qua p̄s.lv. Memor fui dei
et delectatus ſū etc. Que aūt in creatura duplex ē.quedā enī
eſt propter deū.et hec bona ē.ſed hic ſumitur delectatio p opa
tione ratōis.non pro paſſione de qua.p̄s.xix. Delectaſti me
dñe in factura tua. Quedā eſt cōtra deū.et hec ſimilit̄ duplex
eſt.quia quedā non eſt contra deū.ſed preter deū,et hec pec/
catū veniale ē.quedam vero eſt cōtra deum ſimpliciter q̄ frā
gitur dei preceptū.et hec eſt peccatū mortale.

De peccato veniali. Capitulū.iij.

p Eccatum veniale minoris eſt culpe . Nam in paruu
lis poſt baptiſmū prio ſurgunt venialia.poſtea mor
tali.veniale autē peccatū eſt vt ait Aug⁹. quod ho/
minē vſqꝫ ad reatum perpetue mortis non grauat.ſed penaꝫ
meretur et ſic facile indulgetur . Peccatum veniale ſemper ē
a voluntate ad hoc mouente.vel permittente vel non prohibē
te. Peccatum aliquod eſt veniale tribus modis. Primo mo
do ex genere.ſic verbum occioſum eſt veniale. Secundo ex
euentu ſecundū ꝙ per penitentiam de mortali fit veniale.
Tertio ex cauſa vt quando fiunt.quedam ex infirmitate vel
ignorātia que licet qñqꝫ ſint mortalia tñ dicūtur venialia ſiue
remiſſibilia ex ꝯparatione ad peccatū quod fit ex certa mali/
tia quod eſt irremiſſibile.et hoc verum eſt.niſi aliqd̄ ſit mor/
tale ex ſuo genere.ſicut eſt fornicari.quia tale etiā ſi fiet ex in/
firmitate mortale eſt. Sciendū ꝙ peccatū veniale nunꝙ̄ pōt
fieri mortale ita.ſ.ſi intelligatur idem ſecundū ſubſtantiam.
quia prius veniale mortale fieri nunꝙ̄ poteſt.et hoc nec quā
tum ad actum.nec quantū ad maculā. Et huiuſmodi ratio ē
quia nulla res poteſt mutare ſuā ſpeciē. Peccatū autē veni/

ale et mortale ſunt diuerſe ſpecies peccati. Veruntamē actus qui ex ſe eſt de genere venialis poteſt fieri mortalis quattuor modis. Primo ex conſcientia. quia quicquid fit contra conſci entiam edificat ad gehennā. etiam ſi ſit contra conſcientiam erroneam et hec eſt ratio. quia cum in peccato duo ſunt. ſcili cet auerſio et conuerſio. penes primū iudicatur peccatum. qm̄ auerſio a deo eſt quaſi formale. et conuerſio ad creatum quaſi materiale. Quāuis ergo leuare feſtucam vel calamū de terra leue et indifferens. tamen quando fit contra conſcientiam peccatū eſt. quia ſpernitur bonū incōmutabile. et ita fit auerſio a creatore. Secundo ex ꝯplacentia. Vñ aug. Nullum peccatum a deo eſt veniale quod non fiat mortale dum multum placet. Tertio ex diſpoſitione. quia frequenter per lapſum in venialia diſponit homo ad mortalia. et hoc ſecundū illō Greg. Vitaſti ſaxa grādia vide ne obruaris arena. et hoc ideo dicit quia ſepe de minimis peccatis venitur ad magna. ſicut de modica ſcintilla quādoqꝫ ſurgit magnus ignis. Eccle. xix. Qui modica ſpernit paulatim decidit. Quarto ex progreſſu. qꝛ qm̄ ſurgit veniale ſi nō prohiberetur, poſſet progredi vſqꝫ ad mortale. non quia ipſum veniale in ſubſtantia poſſet fieri mortale ſed quia ex ipſo occaſionaliter poteſt fieri progrediendo vſqꝫ ad mortale. Et iſtud patet in primis motibus qui inter venialia computantur. ſed quando delectatio conualeſcit in tantū ꝙ conſenſus accedat iam peccatum mortale eſt. Differentia ē inter peccatum mortale et veniale. quia peccatum veniale eſt libido ſiue voluptas in creatura circa deum. Mortale autē eſt libido ſiue voluptas in creatura ſupra deum vel eque deo. Rectus ordo eſt vt bonū incōmutabile preferatur bono cōmutabili. et honeſtum vtili et voluntas dei voluntati noſtre. et ratō ſenſualitati. quando iſte ordo peruertitur. Tunc peccatū ꝯmittitur. Vtrum aliquis poſſit eſſe vel viuere ſine peccato veniali dum eſt in hac vita preſenti. Dicendū eſt ꝙ ſi loquimur de tota vita homis qui peruenit iam ad etatē adultā de excellēti et ſpeciali gratia eſt quod talis ſine veniali peccato ſit ſicut beatus Aug⁹. dicit de beata virgine. Si aūt loquimur de aliqua

particula vite preſentis ſic poteſt eſſe aliquis ſine peccato veniali. Iſtud patet per exemplum. quia nauta poteſt ſingula foramina nauis ad horam obſtruere ne aqua intret. ſed non poteſt ſimul omnia oſtruere. vt aqua nuſꝙ̄ intret. vnde charitas eſſet perfecta non facit ꝙ peccatum veniale non adueniat. ſed facit ꝙ non duret. Quemadmodum caminus ignis non facit vt gutta aque ſibi non apponatur. ſed facit vt appoſita citius extingantur. Perfecta enim charitas ſtatim inflammat hominē vt de peccato veniali doleat et peniteat quod nō facit charitas imperfecta. vñ imperfectis aggregantur multa venialia per que fit ad proſtrationem maior diſpoſitio.

## De effectu peccati venialis. Capitulum. iiij.

Effectus peccati venialis multiplex eſt. Prim⁹ qꝛ ad penam obligatur. non autem determinate neqꝫ precise obligat ad penam eternam vel purgatoriā. vel p̄ſentis ſatiſfationis. ſed ad aliquam illarum penarum quā ſecundum forum eccl'e preſentis ſatiſfaciat homo leuiter ſecundum forum purgatorij punietur grauius. ſecundū vero forū inferni punietur homo grauiſſime. pro veniali. quia eternaliter ſi cum veniali et mortali deceſſerit. Exemplum habemus de hoc. quia menſura vini que in vno loco valet ſex denarios ſi ducatur vlterius valet ſedecim. et ſi ducatur adhuc vlterius valet duos ſolidos. pena tamen illata pro veniali in inferno incomparabiliter minor eſt ꝙ̄ illata pro mortali. vnde ſolet dici ꝙ pena illata in inferno pro mortali eſt ſicut ſoliditas. Illata vero pro veniali eſt ſicut ſuperficies. Illata pro veniali in purgatorio eſt. ſicut linea illata pro veniali in preſenti eſt ſicut punctus. Vnde ſic iſta quattuor ſunt improportionabilia ita inter predictas penas magna eſt differentia. Secundus effectus eſt ꝙ peccatum veniale aiam maculat et ponitur tale exemplū. Aliquando enim denigratur aliqua ymago depicta in tantum vt videri non poſſet. Aliquando vero ſic obſcuratur. vt videri quidem poſſit. ſed non plene diſcerni. et ideo propter talem differentiam dicit Grego. ꝙ veniale obſcurat. mortale obtenebrat. De macula vero iſta dicitur ꝙ in ſaluandis omne

peccatum veniale deletur a gratia finali. et hoc ꝙtum ad cul/
pam. non quantum ad penam imo illa ſoluetur in purgato/
rio. Delet autem peccatum veniale. gratia finalis in ipa diſſo
lutione corporis et anime ex virtute complexionis et ſui ſta/
tus ꝗuis non ſit motus contritionis ad illud directus: ſecun
dum hoc intelligitur verbum aug⁹. qui dicit ꝙ in purgatorio
poteſt eſſe abſolutio a pena non a culpa. hoc ab antiquis di/
ctum eſt. ſed nunc cõmuniter tenetur ꝙ peccatum veniale hic
deferatur a multis et ꝙ quantum ad culpam. in purgatorio
etiam purgatur. quia dñs dicit de quibuſdã peccatis ꝙ non
remittuntur neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro. Exponit grego.
ꝙ venialia dimittentur in futuro. quod ſi intelligatur quantũ
ad penam tantũ. tunc expoſitio Grego. nulla eſt. quia etiam
mortalia quo ad penam purgantur que hic ſoluta non ē Ter
tius eſt quia minuit feruorem charitatis. ſicut aqua in igne ꝓ
iecta licet ignem non extingat feruorem tamē illius temperat
Quartus eſt quia potentias aīe ī bonis operibus laſſat. ſicut
quando ponitur pondus ſuꝑ equum minus erit prompt⁹ ad
ambulandũ. Quintus eſt quia retardat a gloria. quia homo
qui deberet et poſſet ſtatim euolare ad celum poſt mortez co
gitur propter venialia ad tempus in purgatorio expectare Nũ
ꝙ enim ab aliquo facies dei videbitur donec ſoluat minimũ
quadrantē venialiũ peccatoꝝ. ſ. per penam. Oportet enĩ quē/
libet ita mundum eſſe ante introitum paradiſi ſicut fuerat in
innocentia baptiſmali. Sextus eſt ꝙ bona glorie celeſtis di/
minuit. non quidem illa que iam debentur et que iam hēmus
ibi per meritum. repoſita ſed que deberentur ſi venialia non
fierent. quia medio tempore poſſent aliqua bona fieri quãdo
fiũt. Propterea poſt ꝑpetrationē vēialiũ oportet nos opa queo
ꝯuertere ad ſolutionē hmõi debitoꝝ ꝑ que nobis deberet cre
ſcere cumulus eterni p̄mij. Septim⁹ effectus ē ꝙ venialia ſe
pe ſunt occaſio mortaliũ peccatoꝝ et hoc quattuor modis. ſi/
cut habes ſupra ca. primo vbi dicit̄ ꝙ act⁹ qui ex ſe venialis
ē põt fieri mortalis quattuor modis. Hoc eſt etiã ſingulariter
aduertendum ꝙ ſic ad remiſſionem peccati mortalis exigit̄

deſertio actus peccandi cum voluntate in poſterum abſti/
nendi ſic quoqꝫ peccatum veniale in preſenti non dimittitur
niſi actuum propoſitio deſerat.

De ſeptem vitijs capitalibus in ſpe. Cap. xiiij.

P Eccatorum actualium vnum eſt initiũ duplex radix
triplex fomentũ ſeptiforme caput. Unum initium
dicitur ſuꝑbia iuxta illud Eccle. x. Initium oīs pec/
cati ſuꝑbia. Duplex radix eſt. Timor male humiliãs. et amor
male accendens. tñ omnis timor ortũ habet ab amore. nul/
lus enim timet aliquid ꝑdere niſi qui amat illud habere. Tri
plex fomentũ. ſunt tria que ſunt in mundo. ſ. ꝯcupiſcentia car
nis. ꝯcupiſcētia oculoꝝ et ſuꝑbia vite. Septiforme caput ſūt
Suꝑbia Inuidia. Ira Accidia. Auaritia. Gula. et luxuria. In
ter que ſunt quinqꝫ ſpūalia duo vero carnalia. Sufficiētia ho
rum vitioꝝ ſic põt colligi. Uoluntas noſtra deordinatur. aut
quia appetit non appetendo. aut quia refugit non refugiēdũ
Si primo modo aut eſt interius. et ſic eſt vana gloria. aut ex/
terius. et ſic eſt auaritia. aut inferius. et ſic eſt delectabile Sed
illud delectabile aut eſt ad conſeruationē indiuidui. et ſic eſt
alimentum quod appetitur inordinate a gula. aut eſt ad con
ſeruationē ſpeciei. et ſic eſt coitus. quia appetitur a luxuria Si
autem voluntas noſtra deordinatur. quia refugit quod non
eſt refugiendum. hoc poteſt eſſe tripliciter. aut enim refugit ꝙ
non eſt refugiendũ ſcd̄m ꝑuerſũ inſtinctũ rõalis. et ſic ē inui/
dia. aut ſcd̄m inſtinctũ ꝑuerſũ iraſcibilis. et ſic eſt ira. aut ſecũ
dũ inſtinctũ ꝑuerſum ꝯcupiſcibilis. et ſic ē accidia Ex his pꝫ
ꝙ quattuor ſunt appetibilia et tres ſunt vires ſm quaꝝ iſtin/
ctum ē fuga. et ideo ſunt tantũ ſeptē peccata capitalia. Pctã q̄
dicta ſunt quãdoqꝫ ſe publice oſtendunt. vt q̄n directe fiunt.
quãdoqꝫ vero ſub quadã ſpecie palliata decipiũt. Un̄ ſuper
bia qñqꝫ dicit ad hoc. volo preeſſe vt poſſim prodeſſe. Ira di/
cit. non debent illata mala tollerari. ne conſueſcant inferri. In
uidia dicit. alijs bona non cupio. ne in ſucceſſibus eleuentur.
Accidia dicit ab hoc in laboribus mihi ꝑco ne temeritate i
diſcretionis arguar. Auaricia dicit. ad hoc ſunt multa con/

greganda ne propter inopiam committatur furium vel rapi‑
Gula dicit ad hoc. eſt corpus cibus et potibus delicatoribus
nutriendum vt ſit fortius ad deo ſeruiendum. Luxuria dicit
ad tempus debet quiſq; ad libitum viuere vt poſſit poſtea for‑
titer penitere. Septem vitia comparantur ſeptē beſtijs. Sup‑
bia comparatur leoni. Inuidia cani. Ira lupo. Accidia aſino
Auaricia ericio. Gula vrſo. Luxuria porco. Aliomodo cōpa‑
ratur ſeptem infirmitatibus. Superbia comparatur inflatōi
Inuidia lepre. Ira freneſi. Accidia litargie. Auaritia. ydropi‑
ſi. Gula epilentia. Luxuria febri. Septem vitia chriſti paſſiōe
curantur. Capitis inclinatio. in cruce curat ſuperbiam oratio
pro inimicis iram. Apertio lateris inuidiam. portatio crucis
accidiam. traditio ſpiritus patri corporis cruci matris diſcipu‑
lo. veſtium crucifixoribus. hec curant auaritiam. flagellatō lu‑
xuriam potatio fellis gulam.

De ſuperbia. Capitulum. xv.

n Nunc dicendum eſt de ſeptem vitijs capitalib⁹ in ſpē
et primo de ſuperbia que eſt regina oīm vitiorum et
mater. Eſt autē ſuperbia vt ait. aug⁹. peruerſe celſitu‑
dinis appetitu. vnde ſicut idem aug⁹ ait. Superbia oibus iui‑
det. ſ. maioribus quia eis non equatur Inferioribus quia eis
equari timet. Paribus quia eis equatur. Superbia dicitur ini‑
tium omnis peccati triplici ratione. Primo propter cauſā que
inuenitur in omni peccato. quia in omni peccato inuenitur cō‑
temptus dei qui eſt quedam cauſa peccati. Idem autem cōtep‑
tus eſt auerſio a creatore qui in omni peccato vbi preponitur
bonum incōmutabile bono incōmutabili. quia ſic eſt ſine cha‑
ritate alie virtutes nihil ſunt. ita ſine ſuperbia alia vitia nihil.
Abſtrahe ſuperbiam et habebis gratiam. quia ſuperbis de⁹
reſiſtit. humilibus autem dat gratiam. Connexū enim i quan‑
tum huius non eſt receptiuū. ſed concauū. Secundo quia pri‑
mū peccatum fuit. Hoc enim genere peccauit dyabolus in ce‑
lo. Iſa. ca. ix. Ponam ſedem meum i aquilone. et ero ſimilis
altiſſimo. Et primus homo in paradiſo. Geneſis caplo tertio
Eritis ſicut dij ſcientes bonū et malum. Tertio quia ex ea na‑
ſcuntur alia vitia ſecundū prius et poſterius hoc ē mediate vel
immediate ſic habetur ſupra ca. de effectu vicioꝝ. Eſt autē in‑
ter ſuperbiam et vanā gloriā differētia q2 licz vtrobiq3 ſit ap‑
petitus proprie excellētie tamē ſupb⁹ ſibi apparet magnus
intus. ſed vana glorioſus appetit apparet in ore aliorum. per
laudē exteriorē Diuerſa peccata dicuntur radices et initia ſiue
cauſe aliorum peccatoꝝ. ſed diuerſis reſpectibus. Superbia
dicitur initium omnis peccati propter tres cāas ſuperius enar‑
ratas. libido etiam dicitur cauſa omnis peccati. ſicut ait. aug.
et hoc propter delectationem creature que inordinate trahit
aiam et auertit a ſummo bono. Eſt enim libido improba vo‑
luptas qua mouetur anima rationalis ad hoc q; delectetur in
creatura. Cupiditas etiam dicitur radix oīm maloꝝ. ſic Apo.
pmo ad thi. vi. et hoc propter eandem rationē ſicut libido. eſt
enim cupiditas ex amore inordinato ad creaturam. Luxuria
etiam ſecundū Caſſianū dicitur radix omnis peccati. quia car‑
nales delectationes nobis ſunt naturales. ad naturalia autez
prompti ſumus et difficulter reſiſtimus. Inanis glorie ſeptē
ſunt filie ſecundū Greg. Prima eſt inobedientia. quia vana
glorioſus in nullo vult videri inferior quod fieret ſi faceret mā‑
datum. Secunda eſt contentio. quia vult vincere cum cla‑
more. et hoc propter apparere. Tertia eſt iactantia qua quis
enarrat bona ſua vt laudabilis appareat. Quarta eſt hypocri‑
ſis que querit in exterioribus hominibus apparere. Quita eſt
pertinacia que factū ſuū vel dictū malū defendit ne errasse vi‑
deatur. Sexta eſt diſcordia que contra omne dictū ſuſtinet vł
aſſumitur contrariū propter vanā gloriā. Septima eſt nouita‑
tum preſumptio que quis noua vel dicit vel inuenit vt laude‑
tur. Quattuor ſunt ſpecies ſuperbie quas aſſignat Gre. xxxij.
moralis. Prima eſt cum homo aſeipſo eſtimat habere bo‑
num quod h3. Secūda ſi deſuper datum credit pro ſuis tamē
meritis accepiſſe ſe putat. Tertia cum iactat ſe habere bonum
quod non habet. Quarta quando ceteris deſpectis ſingulari‑
ter vult videri. Per primā et ſecundā ſpeciē iniuriatur homo
deo in ſe. quia per primū ponit ſe homo totā cauſā ſui boni.

ſed in ſecunda ponit ſe cauſam pricipalem. Jn tertia vero ſpē
iniuriatur homo deo in proximo. Jn quarta autē iniuriaf ho
mo deo in eo qȝ non habet. Gradus ſuperbie ſunt duodecim
qui ſunt curioſitas mentis: Leuitas. inepta leticia. iactan-
tia ſingularitas. arrogantia. preſumptio. peccatoꝝ defenſio.
Simulata confeſſio. rebellio. libertas peccādi. ꝯſuetudo. Nu
merus iſtoꝝ ſic accipitur hō per ſuperbiā iniuriatur deo et ho
mini. deo cui debet eſſe īferior homini cui debet eſſe par. ſex
primi gradus accipiuntur ſecundū iniuriā que fit hoī cui de-
bet eſſe par. Quattuor alij ſecundum iniuriā q̄ fit hoī ſuperi
ori: vt prelato. Duo vltimi terminantur propter q̄tum ad iniu
riam que deo īmediate fit. hoc ideo dicimus. quia et ſuperio
res gradus in deo redundant. ſed mediante proximo. Grad⁹
autē vocatur quia fit a minori progreſſus ad ius. Primus eñ
malus eſt. Secundus peior. et ſic ſcandendo inuenitur qȝ vlti
mus eſt peſſimus. Unde iniuria que eſt reſpectu paris eſt
minor. Jlla vero que eſt reſpectu ſuperioris eſt maior:
ſed illa que eſt reſpectu dei eſt maxima propter quod. et iſti
gradus taliter ordinantur. Superbia facit multa mala
Primo id quod dei eſt vſurpat. ſ. gloriā. Jſa. xlij. Gloriā me
am alteri non dabo. Jn bonis enim opibus que facim⁹ duo
ſunt. ſ. honor et vtilitas. ſed primū dñs ſibi reſeruat. aliud no
bis tribuit. Unde debemus deo ſuā partē relinquere ſi nr̄a p
te nolumus ſpoliari. Secūdo pfectos viros impugnat. Sup-
bia ē enim quaſi turris babilonis que vſqȝ ad celos. i. vſqȝ ad
viros celeſtes debebat pertingere. Supbia etiā bonis operi
bus inſidiatur vt pereant. Unde ſuperbia inexpugnabilis eſt
ſicut caſtrū in alto monte ſitū. Tertio gratia dei hominē denu
dat. Jac. iiij. Superbis deus reſiſtit etc. ij. re. i. Montes gel-
boe nec ros nec pluuia veniat ſuper vos. Unde ſecundū natu
rā ꝯnexū non eſt receptiuū ſed concauū. Quarto autē homi-
nē deo priuat. Hugo de ſancto victore. Superbia aufert mi-
hi deum. Jnuidia proximū. ira meipſum. Superbia eſt deo
odibilis etc. x. et prouer. Tria ſunt que odit deus. pauperem
ſuperbum etc. Deum impugnat quia vexillum inimici ſui. id ē
dyaboli ponit in caſtro ſuo et deponit vexillum chriſti. ſ. cru-

cem quam debet ſemper homo portare. iuxta illud cap. xiiij.
Qui vult venire poſt me. dyabolo hoīem aſſimilat. Jpſe ē eñ
rex ſuper omnes filios ſuperbie. Un̄e ſicut dñs ait de chari
tate. Luce. xiij. Jn hoc cognoſcent omēs. qȝ diſcipuli mei eri
tis ſi dilectionē habueritis ad inuicē Jta poteſt dyabolus di
cere de ſuperbia. Jn hoc cognoſcent etc. Hominē ſtultum de
monſtrat quia ancillā ornat. et dominā nudā relinquit. Jtem
quia magna pro modico vendit. i. pro laude humana. Jtem
quia credit ſe poſſe cum ſuperbia illuc attingere vbi dyabo-
lus exiſtens non potuit cū ſuperbia remanere Hominē deie-
cit. quia ſcandentes in altū de facili cadunt. et qui ſe eleuāt ſb
hoſtio humili de facili caput ledunt.

De inuidia Capitulum. xvij.

Nuidia eſt vt ait aug. odium felicitatis aliene. vel ſe
cundū Johannē damaſce. Jnuidia eſt triſtitia de
alienis bonis. Dicitur aūt inuidia a nōvidendo. quia
non poteſt videre bona aliorum. Unde diſplicētia boni que ē
inuidia poteſt notari per viſionē interiorēȝ et exteriorem ſicut
vult Seneca dicens. Quicquid mente fugimus ingeſtum
oculis vix videmus. Jnuidia habet quinqȝ filias ſecundum
Grego. Prima eſt odium quod eſt velle malū alicui. et nolle
bonū. Secunda eſt exultatio in aduerſis proximi. Tertia ē
afflictio in proſperis proximi. Quarta eſt ſuſurratio que ē de
tractio latens. Quinta eſt detractio. hec autem fit in operā-
to. quia intendit melior apparere illo cui detrahit. Jn-
uidia multa mala facit. De lumine facit tenebras. de vidente
cecum. quia proximi bona videre non poteſt. Unde inui-
dus comparatur noctue et veſpertilioni. Auguſtinus. Egris
oculis odioſa eſt lux que puris eſt amabilis. De vita moritur
G. Panis vitam fortium roborat et paruulorū necat. Unde
inuidus comparatur febricitanti. cui etiam boni cibi ſunt cō-
trarij deo ꝯtrariaf. q2 tā bon⁹ ē d̄s. vt ait aug. vt etiā de malis
bonuȝ eliciat. ſ ꝯtra tā mali ſūt iſti: vt de bōis malū eliciant.
Jtē diua bonitas oia ſua cōicat. iſti vero nō. Jtē d̄o placet bo
nū hois ac malū diſplicet. Jſti aūt ꝯtra bonū grē et nature p-

uertunt. Unde ſicut omnia munda mundis . ſic iſtis omnia
ſunt immunda Et ſicut bonis mala cooperantur in bonum
ita inuidis bona cooperantur in malum. Unde tales
etiam aurum conuertunt cuprum . gēmas in lutum. granum
in paleam. vinū in aquam. mel in fel. diem in noctē. gaudiuꝫ
in merorem. roſam in palirum. balſamū in ſterquilinū electu
arium in venenū. Hominē maledicūt. Iſa. v. Ve qui dicitis bo
num malū ꝛc. Stultū efficit. Nimis erat q̇ idcirco ſibi vult vnū
oculum erui: vt alij etiam vnus eruatur. ſicut facit inuidus et
dyabolus qui per hoc ꝙ alijs inuidet ſibi magis nocet. Au-
ctorem ſuum torquendo ledit. Seneca. Utinam inuidi in oi-
bus ciuitatibus oculos et aures haberent. Proximū fraudu
lenter decipit. Unde inuidus comparatur cani qui blāditur ī
facie et remordet a tergo. Item qui oſculo chriſtū tradidit Itē
homini perfido qui ledit hominē qui eū nunq̄ moleſtauit

De ira. Capitulum. xvij

i Ra eſt vt ait aug⁹. vlciſcendi libido. et Caſ. Ira ē mo
tus animi concitatus ad penam. Hec eſt diffinitio ire
per vitium non per zelum. de qua eſt hic agendū. Ira
igitur duplex eſſe habet. ſ. nature et mortis prout ergo deordi
nat ab optimo habet eſſe mortale. quod vitium eſt . quia ira
non eſt peccatū ratione pure paſſionis. imo pena. ſed cuꝫ hoc
dicit quandam actionē per quā deordinat hominē. et quan-
tum ad deum: et quantū ad proximū . Uult enim a ſe expe-
tere vel a iudice a deo conſtituto: et ſub deo. Utrum teneatur
quis remittere iniuriā inimico petenti. Nota diſtinctionē. quia
ex iniuria ſolent oriri tria. Primū eſt rancor in affectu. Secun
dum eſt rancoris ſignum in effectu. Tertiū eſt actio contra iniu
riantem. Primū tenetur quis ſtatim remittere et ſi non roget
Secundo tenetur remittere veniam veraciter petenti. i. parato
emendare ſecundū facultatē ſuam. Tertiū non tenetur remit-
tere. Si vero volueris ſcire vtrum ille cui facta eſt iniuria de-
beat amicitiā querere. Sciendū ꝙ duplex eſt debitū. Primū
eſt neceſſitatis ſine quo non eſt ſalus. Secundū eſt perfectio-
nis. Quantum ad primū debitū non tenetur quis reconcilia
tionē querere ſiue amicitiā. Sed de ſecundo dicit . Criſoſto.
ꝙ debet querere reconſiliationem: vt duplicē coronam con-
ſequatur. vnam quia iniuriā paſſus eſt . Aliam quia prior ro-
gauit. Dominus autem ponit tres gradus circa reatum ire cū
dicit Matheus. v. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudi
tio. Qui autē dixerit racha reus erit ꝯcilio. Qui autem dixerit
fatue reus erit gehenne ignis. De his dicendū eſt ꝙ vbi cre-
uit gradus culpe creuit et ordo pene. Unde recte ira ſine voce
punienda eſt iudicio ira cū voce conſilio. ira cū ſermone cōtu-
melie gehenne igni mancipatur. ſecundū Augu. In primo ē
ira tantū. In ſecūdo ira et vox. In tertio ira eſt et ſermo et cer
ta expreſſio irriſionis Dicit autē Grego. ꝙ iudiciū eſt cauſe diſ-
cuſſio. ꝯſiliū ſentētie. diffinitio gehēna ignis ſētētie executio ꝛ.
Notandū ꝙ reddere malum pro malo ē fragilitatis ſicut fe
cit Ioab quādo interfecit abner. ſ. interfectorē fratris ſui Aſa
el. Sed reddere malū pro bono eſt peruerſitatis. ſicut fecit iu
das tradēdo chriſtū. Reddere bonū pro bono eſt equitatis ſi
cut fecit. Aſſuerus quādo Mardocheū honorauit. Redde
re bonū pro malo eſt perfectionis: ſicut fecit beatus Stepha-
nus quando pro inimicis ſuis orauit. Filie ire ſecundū Greg:
ſunt ſex. Prima eſt rixa. hec eſt audax voluntas vindicandi in
iuriam factā per ſe. Secunda eſt tumor mētis. hec eſt volūtas
vindicandi cauſa fugiens aduerſantem ne cum eo colloquiuꝫ
habeatur propter extimatas inimicitias. Tertia eſt contume
lia que eſt voluntas ſe vindicans per exprobrationē malorū.
Quarta eſt clamor que eſt voluntas ſe vindicans in exaltan-
do vocem per vituperiū exprobratū et ad aliorum perueniēs
aures. Quinta eſt indignatio que eſt voluntas ſe vindicans ꝑ
ſignum moleſtie exterius declaratum. Sexta eſt blaſphemia
que eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium deo vel ſāctis
illatum. Ex ira veniunt multa mala. Hoſpitium ſpiritusſan
cti turbat. Grego. Dum ira animū pulſat ſpiritui ſancto hoſpi
tium ſuum turbat. Nam ſicut in pace factus eſt locus dei: ſic ī
diſcordia locus dyaboli. Tales ſunt etiā incēdiarij dom⁹ dei
ps. lxxiij. Incenderūt igni ſentuariū tuū domine . et cetera.

Unde iſti ſunt ſimiles draconi qui emittit ex ore ignem. Quod
dei eſt ſibi vſurpat. ſcilicet vindictam. Prouer. xij. Mihi vindi
ctam et ego retribuam. Talis ſe facit iudicem et deū vult eſſe
tortorem. ſicut dicit Aug⁹. Dicit enim maius in orationibus
ſuis. Domine occide malum inimicū meū. Reſpondet ei do-
minus Quē veſtrū. ambo eſtis mali. immo talis vult eſſe ac-
cto: et iudex in eadem cauſa. Stultum ſe demonſtrat. quia p
cor ſuum immittit gladium vt ledat tunicam inimici. immo
ſi ſapienter faceret pri⁹ ſe de ipſo vidicare dēret. ſ. p irā zelū ad
uerſus iram ſuam per vitium aſſumendo. Limam purgatio-
nis conuertit in rubiginem deprauationis. Aduerſitates em̄
que ipſum deberent a peccato purgare: per impatientiā ma-
gis inquinant et fornax probationis mutat ei aurum i cuprū
et flagellum ex grano facit paleam. Duram ſententiam talis
in iudicio expectabit. Cū enim dominus improperabit qbuſ
dam. Nudus fui et non cooperuiſtis me. Mathei. xxv. Quid
dicturi ſunt illi qui non ſolum nudos non veſtiunt. ſed etiā ve
ſtitos expoliant. Bellum mundi. carnis et dyaboli contra ſe
inſtaurant. ſed ſapientes ſedant minores guerras propter ma
iores que imminent. Malam faciunt commutationē quia au
ferendo palium bone fame dant tunicam innocentie. Reme
dia ire ſunt prouer. xxvi. Solentij obſeruatio. prouer. Cū de
fecerint ligna extinguetur ignis. quia ſicut ex colliſione duorū
corpoꝝ elicit ignis. ita examaris verbis aliquorum ira conci
tat. prouer. xv. Rñſio mollis frāgit irā. et ſmo durus excitat fu
rorē. Ibidē Quaſi q̇ canē aurib⁹ et c. dñice paſſiõis ↄſideratõ
B. Si paſſio dñi ad memoriam reuocatur: nihil adeo du-
rum eſt quod non equanimiter tolleretur. Hoc figuratum eſt
num eri. xxi. Ubi reſpicientes ſerpentem eneum ſanabantur.
Item premij tollerantie animaduerſio Unde conſideratõ
premij minuit vim flagelli.

De accidia Capitulum. xviij

Accidia eſt de virtutū laudabili exercitio vtriuſq̧ bo
minis languida dilectio. Item acadia eſt diffidētia
de proprijs viribus et de mandato dei implendo ar
dua triſticia. Duo nomina ſunt huius vitij Triſticia et accidia
Horum autē nominū hec eſt ratio. quia in iſto peccato ē euer
ſio a ſpirituali bono. quod eſtimatur graue. ſicut eſt ieiunare.
et huiuſmodi. et ratione huius dicitur triſticia Eſt etiā ibi con
uerſio ad creaturā. ſ. ad quietē: que eſtimatur leuis. et rõe hui⁹
dicitur accidia. Patet ergo ex his ꝙ hoc vitiū prout vocat̄ tri
ſticia opponitur letitie ſpirituali que eſt in exercitio ſpirituali
Sed prout vocatur accidia opponitur fortitudini. q̄ cõſiſtit in
aggrediendis arduis et ſuſtinendis aduerſis. Accidia deno-
minatur ab accendine. q: per eā aīa tedium habet de oī ſpiri
tuali difficili. Accidia ſecundum gregoriū habet ſex filias.
Prima vocatur malicia que ſecundū auguſtinū eſt voluntas
machinandi malum alicui Cum enim quis iniuriatur alij tūc
iraſcitur et poſtea triſtatur. ſecunda deſperatio quia diffidētia
meritorū mater eſt diffidentie premiorū. ex qua iterū oritur
triſticia. Tertia puſillanimitas que naſcitur ex diffidentia pro-
ueniente ex conſideratione proprie infirmitatis vel operis ar-
duitatis. Quarta eſt rancor qui eſt inueteratū odiū. Sic enim
ex charitate ſunt opera bona ex quibus eſt ↄfirmatio charita
tis. ita ex ira eſt accidia: et ex accidia vetuſtas ire. Quinta tor
por circa precepta. i. quedam inſēſibilitas propter quā homo
non poteſt induci ad executionem mandatoꝝ dei. Sexta ē
euagatio mentis circa illicita. hec autē euagatio quandoq̧ eſt
particularis. et certā habet materiā. et ſic conuenit oībꝫ vitijs
quādoqꝫ eſt generalis et incerta. et hec eſt proprie euagatio
accidie. Qui enim eſt aſorptus triſticia non habens in ſe vn-
de delectetur euagatur ad oīa querens delectationē. Ex acci-
dia eueniunt multa mala. Preceptum dñi negligitur. Geneſis
tertio. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. etc. Maledi-
ctio dei incurritur. Exemplum de ficu cui dominus maledi
xit quia folia tantū habuit. Mathei. xxi. Diſcrepat a ceteris crea
turis. Exemplum in corporibus inanimatis. ſicut in ſole et luna

qui quottidie ſurgunt et perficiunt curſum ſuum. Item patet
in corporibus aīatis ſicut ſunt arbores et herbe que licet ī hye-
me nude ſint: tamen virtutē ſeruant et in tempore ſuo redeūt
ad conſueta. Idem oſtenditur in ſenſibilibus. prouer. vi. Ua-
de ad formicā o piger et conſidera vias eius. Precioſum tem-
pus perditur. quia eo nihil precioſius ē quo breui hora poſſꝫ
obtinere veniā. gratiā et gloriā. et tamē vt ait ber. nihil vili⁹ re-
putatur. quia dicunt homines occioſi. Eccle. vi. Uenite et fru-
amur. ſpiritua le lucrum negligitur. quia qui non mercatur in
nūdinis poſtea non habebit. prouer. xxi. Propter frigus pi-
ger arare noluit. mendicabit ergo eſtate et non dabitur ei. In-
citamenta viciorꝫ colligit. prouer. xxiiij. Per agrū hominis pi-
gri tranſiui et ecce totum repleuerant vrtice et cooperuerāt ſu-
perficiem eius ſpine. Nota ꝙ aqua corrumpitur quiete et fer-
rum contrahit rubiginē. et porcus mactandus permittitur in
quietē pingueſcere. Locum dyabolo preparat. quia homo oc-
cioſus eſt quaſi puluinar dyaboli. et in ollam tepidam liben-
ter muſce inſidiantur que feruentē fugiunt. Tentationib⁹ pa-
tet. Unde legitur in collationibus patrū. ꝙ monachū operā-
tem demon vnus pulſat. occioſum innumeri demōes temptāt
Eſt enim homo accidioſus quaſi vrbs abſqꝫ murorꝫ ambitu
et quaſi ſignū poſitum ad ſagittam. Mores peruertit: qꝛ vult
metere et non ſeminare. ſicut gattus qui libenter piſces come-
dit. ſed non eos libenter capit. Seneca. Incertū eſt in quo lo-
co quomodo mors te excipiat. et ideo tu illā ī omni loco et tē-
pore expecta. Furē fodientē parietem non repellit. quia mors
fur eſt et quottidie tollit vnū aſſerē. i. vnū diem. Mathei. xxiiij
Si ſciret vtiqꝫ paterfamilias qua hora fur ve. vi. vtiqꝫ etcetera.
Receptaculū ſordium ſe facit. Ber. Omniū tentationū ſenti-
na eſt ocium. Ipſum enim eſt occaſio luxurie. ij. Reg. xi. Fa-
ctum eſt eo tempore quo ſolent reges ad balnea procedere :
Item occaſio nugarū. actuū. vi. Athenienſes ad nihil ali-
ud vocabant etce. Item occaſio curioſitatis. primo Thimo.
i. Diſcunt circuire domos. Stultitiam oſtendit. quia tonitrua
audiens non ſurgit. Tonuit autem chriſtus in predicatione.

tonabit etiam in die iudicij. Item ſtultus eſt qui immūdi-
tiat de oculo non eijcit. Mathei. vij. hypocrita eijce primū tra-
bem de oculo tuo. Ad celeſtia venire negligit. quia vix ad lo-
cum quis venit qui vnum pedem hodie mouet et poſt annuꝫ
alium Sic et illi quorꝫ motus eſt pes intellectus et nō pes af-
fectus cū tamē ſit affectibus ambulandū.

De auaricia. Capitulum. xix.

Auaritia vt aīt Tullius eſt immoderatus amor habē-
di. Item ſecundum herm. Auaritia eſt quarumli-
bet rerum inſatiabilis et inhoneſta cupido. ſecundū
apoſtolum. Ephe. v. Auaritia eſt ydolorum ſeruitus. quia hō
auarus exhibet creature quod debet creatori. ſ. fidem. ſpeꝫ. et
charitatem. Hec enim auari exhibent pecunie. In hoc ergo ſpe-
cialiter reprehenduntur iſti qui rei viliſſime amorem ſuum ex-
hibent. ſ. pecunie que de terra tollitur quā natura infimā ordi-
nauit. Eccle. x. Dicitur in eccleſ. ꝙ auaro nihil ē ſceleſtius et hꝫ p-
pter quattuor cauſas. Prima que fere oīa ſcelera perpetran-
tur pro auaritia: vt furta. periuria. homicidia. et huiuſmodi. ſe-
cunda quia eſt contra legem nature. Lu. vi. Quecunqꝫ vultis
vt faciant vobis. ho. hec eadem facite illis. etc. Tertia quia ē
cōtra legem ſcriptam. Luce. vi. Eſtote miſericordes ſicut et pa-
ter veſter. etc Quarta quia eſt contra legem vtilem que ē in om-
nibus rebus que compelluntur ſedare. Auarus enim quaſi
captas detinet res ne ſe communicare poſſint. vtrum autem li-
ceat cuiꝙ theſauros condere. Notandum ꝙ eſt theſauriſa-
re vno ex affectu auaritie. abſqꝫ intenſione neceſſitatis pprie
vel aliene: et hoc modo theſauriſare omnibus eſt prohibitū.
Alio modo eſt theſauriſare ex prouidentia. et hoc vel conſide-
ratio neceſſitatis. et ſic conceditur parentibus ſecularibus ob
neceſſitatem filiorum educandorum vel filiarū coniugio tra-
dendarum. non autem dicendarum. ſed ſeruato modo vel ſta-
tu perſone. Alio modo eſt theſauriſare ex conſideratōe pu-
blice vtilitatis. ſcilicet regni defendendi vel cultus dei ampli-
andi. et ſic conceſſum eſt regibus theſauriſare. perſonis auteꝫ
eccleſiaſticis proprie nūꝙ theſauriſare licet. nec pecunia eiuꝫ

tenere intentione ſeruandi. Ambro. Aurum habet eccleſia nõ
vt ſeruet ſed vt eroget. Ex predictis patet ꝙ duplex poteſt eſ-
ſe amor pecunie vel temporalium ſiue reſpectu neceſſarij ſiue
reſpectu ſuperflui. Contra primũ prohibet dñs prouocantez
ſolicitudinẽ. Contra ſecundum prohibet theſauriſationẽ Ex
auaritia ſequũtur multa mala. Primo quia a deo maledicitur
Augu. Maledictus diſpenſator auarus cuius largus eſt do-
minus ſemper eget. Hiero.. Auaro tam deeſt quod habet ꝙ
quod non habet. Stultus mercator eſt qui regnum celorum
imo ipſum chriſtum vendit pro paucis denarijs. cum hoc ſe-
pe peior eſt auarus ꝙ ipſe Judas qui vendidit chriſtum tri-
ginta denarijs. Iſte autem interdum pro vno denario corpꝰ
euiſcerat. quia diuitie acquiruntur cum labore poſſidentur cũ
timore. amittuntur cum dolore. Unde ipſi laborant. et alij in
labores eorum ſepe intrant. ſ. fures vel latrones. vel certe filij
mali. Iſti ſimiles ſunt arance que faciendo telam pro capien
do muſcas ſeipſam euiſcerat. Mentem ſuffocat Aug. Naufra
gium fugis et plumbum amplecteris. vnde Soc. maſſam ar-
genti proijciens in mare dixit. Mergam te ne mergas me.
Inquinat exo. xxiiij. Filij iſrael ſeruiebant in luto et latere:
Excecat exemplũ in thobia qui excecatus fuit ſtercore irundi-
num. Cor dilacerat. vnde diuitie comparantur ſpinis. Math
xiij. Inſatiabilem facit. vnde comparatur ſacco pertuſo. et in
ferno qui nunꝙ dicit ſufficit. et mari cui omnia flumina influ
unt. et tamen non redundat et ydropico qui quãto plus bibit
tanto plus ſitit. Filie auaritie ſunt ſex ſecundũ Grego. Prima
eſt obduratio cordis que fit obmittendo elemoſinam. Iſtam
filiam vocat Iſidorus inhumanitatem. Secunda eſt violẽtia
Hec fit nocendo alicui palam affecta mala quã Iſi. vocat ra-
pacitatem. Tercia eſt inquietudo. hec eſt appetitꝰ lucri. Quar
ta eſt periurium ꝙ ſepe incidit in emptionẽ et venditionem.
Quinta eſt fallacia que fit per v̓ba decipientis in occulto Sex
ta eſt fraus. hec eſt deceptio perfecta et hoc in preſentia illius
qui decipitur. Septima proditio que eſt idem ꝙ deceptio que
fit in abſentia decepti

De gula. Capitulum. xx.

g Ula vt ait Auguſtinus eſt immoderata cibi auidi
tas. Item gula eſt vorax edacitas nature finibꝰ
non contenta. Quinqꝫ modis peccatur circa gulam
vt dicit gregorius. Primo cum quis horam comedendi pro
uenit. et hoc fit per impatientiam expectandi tempus debituz
Secundo cum quis querit cibaria precioſa et delicata. De
quibus Ouidius. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe cibis Sed
contra hoc fecit diues ille qui epulabatur quottidie ſplendide.
Tertio quando quis menſuram excedit ſcilicet nimis co
medendo. Sciendum tamen quia quod vni nociuum ẽ al-
teri eſt remedium. ſic et quod vni eſt menſura debita: alteri eſt
exceſſus. Unde non conſiſtit menſura in cibi quantita-
te. ſed in comedentis qualitate. Ueruntamen quidam ieiu-
nium ſuum recompenſant poſtmodum nimietate ſuperflua.
Sed hoc quid aliud ꝙ dare duos obolos pro vno dena-
rio. Quarto quando nimis ardenter ac feſtine quis comedit
Non enim vſus ciborum: ſed concupiſcentiam in viſio.
Quinto. quando quis cibaria nimis ſtudioſe preparat. vn
de Bernardus. Non ſapores ſed fames excitet appetitũ. In
omnibus his ſumenda ſunt. non que voluptas: ſed que requi
rit neceſſitas. Contingit etiam peccatum eſſe circa diminutio
nem cibi: ſicut circa ſuperfluitatem. Filie gule ſunt quinqꝫ ſe-
cundum Gregorium. Prima eſt ſcurilitas: quia gula mo-
uet ad verba ſcurilia. Secunda multiloquium. ſcilicet de-
tractio. vituperia: et alia verba inania. Tertia inepta leticia.
id eſt laſciuia carnis ſiue geſtus corporis inordinatus laſciuiã
mentis demonſtrans. Quarta immunditia que ſolet pro-
uenire ex gula. vt eſt vomitus eructationes fetide et luxuria.
Quinta eſt hebetudo mentis. id eſt ſubuerſio rationis.
Gula duo complectitur. ſcilicet commeſſationem et ebrieta-
tem: et proprie loquendo perſimonia opponitur cõmeſſatio-
ni. et ebrietati ſobrietas. Gula nocet multipliciter. de paradi-
ſo eiecit hominem. Exemplũ in adam. Spiritualia bona per
dit. Exemplum in Eſau qui pro cibo vendidit primogenitu-

ram. Dyabolo domū preparat. Math. viij. Si eijcis nos hic
mitte nos in porcos. Seruum ſuum contra ſe animat. puer.
xxix. Qui delicate nutrit ſeruum ſuum poſtea ſentiet illum con
tumacem. Luxuriam inducit. Exemplum de Loth. homicidā
perficit. exemplū de Johanne baptiſta qui conuiuio perijt.
Inducit mortem nature. Eccle. xviij. Propter crapulam mul
ti perierunt. Gen. ij. Quacunqȝ die comederis ex eo mor
te morieris. Inducit mortem culpe. i. Thimo. iiij. Uidua ī de
litijs viuens mortua eſt. Inducit mortem gehenne. Luce. xvi
Diues epulo ſepultus eſt in inferno Remedia gule ſunt quat
tuor. Primū eſt ſpiritualium ciborum frequens ſumptio. ma
thei. iiij. Non in ſolo pane. vi. homo. Secundū futura carnis
nature conſideratio Hiero. Facile contemnit omnia qui ſe ſem
per cogitat moriturum. Tertium eſt eterne cene conſideratio.
Luce. xiiij. Homo quidā fecit cenam. Quartum eſt famis xpi
et ſuorum penſatio. Tre. Recordare paupertatis mee abſin
tij et fellis.

## De luxuria Capitulum. xxi.

Uxuria eſt ex imundis deſiderijs veniēs lubrica mē
l tis et carnis proſtitutio. Item luxuria eſt libidinoſe
voluptatis appetitus. et intelligas hic appetitū qui ē
ex conſenſu ratōnis. qȝ talis eſt peccatum mortale. et dicit̄ pec
catū mortale. quādo ratio non prohibet huiuſmodi in appe
titum cum poſſet. Differentie luxurie ſunt octo. Prima eſt for
nicatio que eſt ſoluti cum ſoluta. Secūda eſt meretriciū quod
dupliciter fit. ſ. per vagam libidinem cum diuerſis ſectādo vl'
cum publice veniali concubendo Tertia ē adulterium quo cō
iugalis thorus viciatur. Quarta ē ſtuprū quo virginalis itegri
tas corrūpitur. Quinta eſt ſacrilegiū. quo continentia deo di
cata leditur. vt in clericis et religioſis ſacris ordinib⁹ ſublima
tis. et i his q̇ emiſerūt votū ꝯtinētie. ſexta ē inceſt⁹ quo viculū
ꝯſanguinitatis vel affinitatis: vel ꝯpaternitatis corrūpit̄. ſepti
ma ē pctm̄ ꝯtra naturā ſiue ſodomia quo naturalis vſus per
uertitur. Notandū autē ꝙ aliq̇d ē ꝯtra naturā ſpēi et aliq̇d eſt
ꝯtra naturā generis. prīo mō omē peccatū mortale ē ꝯtra na
turā. qȝ in irrationali creatura remuneraret ſynderesis ꝯtra omne

peccatum. ſed ſecundo modo peccatum ſodomie eſt cōtra na
turam generis. quia non ſolum in homine. ſed etiam in bru
tis diuerſi ſexus in coitu conueniunt. vnde ſi aliquo modo fit
contra naturam generis eſt. Octaua eſt libidinoſus coitus cō
iugalis qui multiplex eſt. Coitus enim coniugalis. alius lici
tus alius fragilis. alius impetuoſus. Licitus tripliciter fit. vt
quando cauſa prolis vel ad ampliandum cultū dei vel cauſa
reddendi debitum vel cauſa vitandi fornicationis non in ſe. ſꝫ
in coniuge. primus eſt pietatis. ſecundus iuſtitie. tertius cau
thele. In his nullum dicitur peccatū eſſe. Fragilis eſt quando
fit cauſa delectationis. et tunc diſtinguitur. quia ſi amor illius
delectationis preponitur deo mortale peccatum eſt. ſi vero
poſtponitur veniale. Impetuoſus eſt qui ex ſola libidine pro
ueniens metas honeſtatis et rationis trāſcendit quod fit qui
qȝ modis. Primo cauſa ſatiandi libidinis ꝑ meretricias blā
dicias. ſecundo cum fit contra naturalem modū. tertio cuȝ fit
tempore prohibitionis. quarto quando fit in loco prohibito
quinto quando acceditur ad mulierem pregnātem vicinā par
tui. vel que eſt in fluxu menſtruo. Filie luxurie ſunt octo ſecun
dum Grego. Prima eſt cecitas mentis. quia ſecundū Aug. in
opere luxurie tota ratio abſorbetur. Secunda eſt inconſidera
tio mortis. ſ. inferni Tertia inconſtantia. ſ. ad cogitandū deſi
derandūqȝ nunc iſtud nunc illud. Quarta amor ſui. ſ. quo ali
quis deſiderat longam vitā. Ad hoc vt expleat voluptatem
ſuam. quinta precipitatio qua quis currit precipitanter ad pec
candum exponens ſe periculo mortis propter luxuriam faciē
dam. Sexta eſt odium dei quod fit quia deus abſtrahit et pu
niuit eos qui ſequuntur carnis delitias ad quas inclinat luxu
ria Septima affectus preſentis ſeculi. ſ. appetitus honoꝝ diui
tiarum ſanitatis. et huiuſmodi. per que luxurioſus finem ſuū
conſequitur. Octaua eſt deſperatio futuri ſeculi que eſt diffidē
tia glorie vel venie conſequende. et hec eſt filia luxurie conſu
mate. Luxuria nocet multipliciter Deo eſt contumelioſa. quia
templū eius inquinat demonib⁹ placida. Job. xvi. Behemot
dormit in locis humentibus ſubiecto proprio nocius prima:

Corin.vi. Qui fornicatur in corpus ſuū peccat. proximū ſcan
dalizat. Oſee.v. Facti eſtis laqueus ſpeculationi. et rethe ex
panſum ſuper montē thabor. Animā propriā damnat.ij.re.
xij. Non recedet gladius de domo tua. hoc dictū fuit ad da
uid propter peccatū betſabee vilisſimo dn̄o ſe ſuijcit.ſ.carni et
ſenſualitati. Gen̄.iij. Quia obediſti voci vxoris tue. maledicta
terra in opere tuo. Mentē infatuat. Oſee.iiij. Uinum et mu
lieres auferunt cor. Remedia luxurie ſunt. Occaſiones fuge
re. Job.xxxj. Pepigi fedus cum oculis meis vt nec cogitarem
de virgine. Prouer.xiij. Qui tetigerit picem coinquinabit ab
ea. Mortis extrema cogitare. prouer.vij. Memorare nouiſſi
ma tua et ineternū non peccabis. De ſe non preſumere: quia
cecidit dauid ſanctiſſimus. Salomō ſapientiſſimus. Sanſon
fortiſſimus frequenter ſe occupare. Hie. Semper aliquid bo
ni facito. vt te dyabolus inueniat occupatū. Temptationi ī prin
cipio reſiſtere. Gen̄.iij. Ipſa conteret caput tuum. Carnē do
mare. Marci.ix. Hoc genus demonij non eijcitur niſi in ora
tione et ieiunio.

Quomodo ſuperbia ſit mortale vel veniale Ca.xxij

Omnia predicta quanuis ſēper ſint peccata non tamē
ſēper ſunt mortalia. Unde videndū eſt quando vnū
o quodqꝫ mortale ſit quādo veniale. Uana glīa igit̄
ex ſuo genere eſt veniale. quia genus operis ſumitur ex obie
cto. Uanum autem ſecundum ſe non eſt obiectum pcti mor
talis. ſed venialis. Unde cum vana laus ſit huius peccati
obiectum patet ꝙ non ſemper eſt peccatum mortale. Erit ta
men vana gloria mortalis dupliciter.ſ. ratione finis propter
quem laus appetitur. Opus nanqꝫ tale eſt: quale eſt id propt̄
quod appetitur. Item ratione operis in quo laus querit̄. Cir
ca primū dicendū eſt; ꝙ quadruplici fine laus queritur. Prio
ad euitandū malū infamie. ſicut ſamuel ſe laudauit.i.re. Se
cundo propter aliquam vtilitatē ſpiritualem vt eſt gloria dei.
vel edificatio proximi. ſicut paulus ſe cōmendauit.ij. Cor.xi.
Tertio propter lucrum auaritie. ſicut pharisei qui deuorāt do
mos viduarum longas orationes ſimulantes. Mathei.xxiij

Quarto propter aliquem actum venialis peccati. ſicut quādo
quis laudari vult eo ꝙ venialiter in laude delectetur. Primū
eſt prudentie. ſecundum eſt charitatis. Tertium eſt mortale.
Et idem intelligendum eſt quādocūqꝫ laus ponitur finis ali
cuius operis. Quartum vſt veniale. Sequitur ſecunda cau
ſa quare vana gloria ſit peccatum mortale.ſ. ratione operis p
quod laus queritur. Hec autem poteſt fieri tripliciter. qr laus
quandoqꝫ per opera illicita. quandoqꝫ per opera ex ſe indiffe
rentia. quandoqꝫ per opera virtutum. Si primo modo. ſic ta
le eſt peccatū quale eſt id illicitum.ſ. mortale vel veniale. Si ſe
cundo modo ſic eſt peccatum veniale: vt habere diuitias. vel
veſtes precioſas. cum abuſu talium in laude. Ueruntamen
ſi talia ſunt de ſe inordinata vt ſint occaſio peccati mortalis ſe
cundum ꝙ mulier cum ornatu meretricio ad animas capien
das p̄paratur. vel ſi factum illud eſt illicitum ex prohibitiōne
ſuperioris. vt torneamentū et huiuſmodi cum excederet prece
ptum eccleſie. ſic ſunt peccata mortalia. Si tertio modo.i.
ſi laus queratur per opera virtutū hoc eſt dupliciter. vel quia
appetitus laudis adiungitur operi virtutis tanq̄ incidens ſic
contingit ī cantu vel in predicatione quandoqꝫ. et tūc eſt veni
ale. vel laus eſt finis principaliter preſtitutus operi virtutis.
et operanti. ita ꝙ ibi conſtituit finē vltimū. et ſic eſt mortale.
quia tunc inheret ei vt fini vltimo. Nota ꝙ maius eſt pec
catum gloriari de bonis ſpiritualibus q̄ de temporalibꝰ. qr
minus habent motiuū eo ꝙ minus appareant extra q̄ tem
poralia.

Quomodo inuidia ſit mortale vel veniale peccatum
Capitulum.xxiij

Nuidia ex ſuo genere eſt peccatum mortale. quia cū
i inuidia ſecundum remigium ſit dolor de alieno bo
no contrariatur directe charitati. que non emulatur
ſed congaudet veritati prima. Corinthi.xiij. Charitati vero
nihil eſt contrarium niſi peccatum mortale. Tamen illud qđ
ex genere eſt mortale poteſt eſſe veniale. Uel prout in ſuo
primo motu conſiſtit: vel extra ſuam rationem trahitur.

Dolor ergo de alieno bono eſt quadruplicit er. vel q eſt pri- mo primus motus extra veniens. ſic quidam naturaliter im- di ſunt, et hoc nullum peccatū eſt: cum nullum ſit in poteſtate noſtra. vel eſt ſecundo primus motus quando appetitus ſine completa deliberatione tali paſſione afficitur et ſic eſt veniale peccatum vel ē actus voluntarius deliberatiue et ſic eſt morta le: vel trahitur per intentionem extra ſuā rationem. vt quādo dolor de alieno bono ſurgit cui  ex cauſa bona. ſic quando dolet aliquis de bono temporali alterius. quia videt illud re dundare in detrimentum aīe illius. vel etiam in detrimentū cōmunitatis. et talis dolor bonus eſt. quia maius bonū ſem per eſt appetendum. Notandum ergo  per dolorem bo- ni deprehenditur gaudiū de malo quod ex ipſo cauſetur.

## Quomodo ira ſit mortale vel veniale peccatum. Ca. xxiiij

I Ra ex ſuo genere eſt peccatum mortale. quia ſecun dum Iſido. Ira eſt animus concitatus ad penam. prouocāti inferendam. Talis autē motus contraria tur charitati que non irritatur nec cogitat malum. i. corin. xiij. Ira igitur vel dicit iram zeli que eſt deteſtatio vicij. et  non eſt peccatum. ſed eſt perfectionis. Poteſt etiam quis ſibi, per hunc modū ira ſci. ſicut dicit glo. ſuper illud. ps. Iraſcimini et nolite peccare. Quid eſt inquit homo penitens niſi iraſcens ſi bi: vel dicit remiſſionem affectus circa proximū per quā ho mo non dolet de malo proximi nec gaudet de bono eius. li- cet non doleat de bono. nec gaudeat de malo eius. ſed eſt in- differens ei. et ſic non eſt mortale. ſed imperfectio charitatis. vel dicit actualem impacientiā abſq appetitu vindicte. Ta- lis motus etiam deliberatus eſt peccatu veniale. quia hēt in- completā rationē ire. ſicut ex ſupradicta patet diffinitione vel dicit impatientiam cum appetitu vīdicte. et hoc eſt tripliciter. quandoq hoc eſt a natura. ſicut et in melancolicis in quibus ſecundum philoſophum quarto ethicor. continue mordetur natura propter quod ſemper ſunt turbulenti. et ſic nullum eſt

Septima vt oſtendatur  deus pater nihil habet quod nō ſit nobis paratus dare cum filium ſuum vnigenitum dederit Octaua vt ſicut dei filius factus ē homo. ſic homo fieret filius dei. Apo. ad gal. iiij. Miſit deus filiū ſuum vt adoptionē fili orum reciperemus. Nona vt eſſet occaſio ſalutis qui dicitur oc caſio ruine. Decima quia ymago debuit per ymaginem repa rari. Undecima quia ſicut verbū mentis mediāte groſſiori na tura emittitur per vocem. ſic verbum eternum per aſſumptio- nem noſtre nature. Duodecima quia medius inter perſonas debuit eſſe mediator dei. ſ. et hominū. Decimatertia quia ſapientia patris reparare debuit appetitorem ſapientie. Ge. iij. Eritis ſicut dij ſcientes bonū et malum. Decimaquarta q decentiſſime coniungitur humilitas et ſapientia. Prouer. xvi vbi humilitas ibi et ſapientia. vnde filium dei precipue decu it incarnatio. Decimaquinta quia idee non ſunt niſi ſa- pientia dei. que filio appropriatur. vnde cum ſingule idee ſin gulorum ſint cauſe tunc demū omnia perfecta ſunt et comple ta cū per vnionem ad ſuum principium redierit. Decimaſexta quia ſi pater fuiſſet incarnatus tunc nulla perſona ſine princi- pio fuiſſet. Decimaſeptima quia oportuit incarnatam perſo- nam tan  ſacerdotem ſupplicare pro natura aſſumpta. ſ ma gis decuit filium ſupplicare patri  econtra. Decimaoctaua. quia ſi ſpiritusſanctus fuiſſet incarnatus tunc duo eſſent filij. Decimanona. quia nullum decet magis reducere ad diuinā cognitionē propter verbum quo pater ſe declarat quod ē vni bile carni. ſicut et verbum voci. Uiceſima quia nullum decet magis reducere hominē ad filiationem adoptiuam  filium naturalem.

## De modo incarnationis. Capitulum. vij.

I N cōmuni reparatione omniū decens erat vt fieret concurſus trium de triplici hierarchia. ſ. diuina ange lica. et humana. Unde in miniſterio incarnatiōis fu- it concurſus angeli nunciantis et virginis concipientis ac ver bi dei carnem aſſumentis. Cum filius dei mittitur in mundū non ſit loci mutatio. ſed nature humane aſſumptio. quia ipſius

mitti eſt eſſe vbi prius fuit. ſed aliter ibi eſſe ꝙ prius fuit. Et
hec alteritas non eſt ex parte eius qui eſt cum ſit immutabilis
ſed ex parte eius in quo eſt quia vnitur noſtre carni: vt non ſit
immutatio ex parte ſui. ſed ex parte noſtri. Preterea in mu
tatione loci exigitur non eſſe vbi quis prius erat. ſed nec hoc
eſt in filij miſſione. quia poſt incarnationem fuit in parte. ſicut
ſemper chriſtus aſſumpſit naturam noſtram quinqꝫ modis.
ſcilicet miſericorditer. Apoſtolus ad Titum tertio. Secun/
dum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit vtiliter. ſcilicet pro
ſalute noſtra. P̄. Operatus eſt ſalutem in medio terre. Sapi/
enter. quia aſſumpſit bonum nature reprobando malum cul/
pe: Eſa. vij. Butirum et mel comedet vt ſciat reprobare malū
et eligere bonū. Fortiter quia ſic ſuſcepit naturam humanam
ꝙ nunꝙ depoſuit eam. quia poſt mortē vnita fuit diuinitas
carni in ſepulchro et anime in inferno. Mirabiliter quia con/
iuncta ſunt in carne ſummum et imū. hoc eſt deus et limus
Verbum caro factum eſt quinqꝫ modis. ſ. ſecundū veritatem
carnis. Eſa. liij. Vere languores noſtros ipſe tulit. Preter car
nem. quia preter carnis operationem. Math. i. Quod ī ea na
tum eſt de ſpiritu ſancto eſt ſupra carnē. quia meritis noſtris
non exigentibus. Aplūs ad Titum. iij. Non ex operibus iu.
que ſe propter carnem. quia ad ſaluandam carnem. et ſ'quan
tum ad fideles efficaciter. licet quantum ad omnes ſufficiēter
Mathei. i. Vocabis nomen ieſum ipſe enim ſaluum facit po/
pulum ſuum. Contra carnem. quia ad maiorem dānatōnē
infidelium. Iohan. xv. Si non veniſſem et locutus ei non fu
iſſem peccatum non haberent. opus aſſumptionis humane
nature non animatio. ſed incarnatio nominatur. cum tamen
a digniores conſueuerit nominari. Hoc autem eſt propter quat
tuor rationes. ſcilicet vt fiat expreſſior nominatio et profundi
or explicetur dignatio miſerentis. et quia nobis magis nota
eſt pars carnis. et vt maior humiliatio exprimatur eo ꝙ ma/
gis a deo diſtat caro ꝙ animal. et quia caro eſt a parentibus
propagata anima a deo creata.

De vnione et natura aſſumpta. Cap. viij.

ſ Icut in diuinitate vna eſt eſſentia et tres perſone ita
in xp̄o eſt econtra vna perſona et tres eſſentie. ſ. dei/
tas aīa et caro. hoc ē eternū nouū et antiquum. quia
deitas eſt eterna. ſed aīa eſt noua qꝛ in aſſumptiōe carnis crea
ta caro vero antiqua. quia ab adā propagata et chriſtus ſecū/
dum naturā deitatis eſt genitus ſecundū animā vero creatꝰ.
ſed ſecundum carnem natus potius factus. Vnio fuit triplex
in chriſto. ſ. deitatis ad aīam et econtra. et deitatis ad carnem
et econtra. et anime ad carnem et econtra. Due prime vni/
ones ſemper manſerunt. tertia ſeparata fuit in morte. Vnio
ergo deitatis ad humanam naturam non eſt in vnitate natu/
re ſed perſone: non dico perſone humane. ſed diuine. hoc eſt
non aſſumpte. ſed aſſumentis nec perſone cuilibet. ſed ſolius
verbi quoniam impoſſibile eſt ꝙ natura diuina concurrat cū
alia. ſicut pars ad conſtitutionem tertij. Vel quod ipſa tran/
ſeat in aliam. vel alia in ipſam. propter ſimplicitatem et vnita
tem ipſius perfectiſſimam propterea diuinitas et humanitas
non vniuntur in vnitate nature ſed perſone. Et ſic intelligi
tur illud in ſymbolo. Attanaſij. Nam ſicut anima rationa
lis et caro vnus eſt homo. ita deus et homo vnus ē chriſtus.
Ibi namqꝫ ponitur ſimilitudo quantum ad vnitatem perſone
non nature. quia caro et anima dicuntur in homine quantum
ad eſſentiam et conſtituunt tantum vnam perſonam. eadem
inter diuinitatem et humanitatem chriſti eſt differentia. et ta/
men eſt ibi vnitas in perſona. Et quia diuina natura in nullo
ſuppoſito poteſt ſubſiſtere preter quem in propria hypoſtaſi.
ideo vnio illa non poteſt eſſe in propria perſona hominis. ſed
dei. et propterea deus in vna perſonarum ſuarum fecit ſeipſū
ſuppoſitum humane nature. vnde tantum eſt ibi vna perſo/
nalis. et vnitas perſonalis. ſcilicet ex parte aſſumentis. Adeſ
ſe namqꝫ perſone triplex exigitur diſtinctio. ſ. ſingularitatis et
naturalis incōicabilitas ac excellentia dignitatis propter pri/
mū nullū vnibile ē a perſona. propter ſcom aīa nō ē pſona. ſꝫ
propter tertiū chriſtus ſecundū ꝙ ē homo nō eſt perſona. Ex
his patet que ſunt vera vel falſa inter has quattuor propoſitio/

ones prima perſona aſſumpſit perſonam. ſecunda natura aſ-
ſumpſit perſonam. tertia natura aſſumpſit naturã. quarta per
ſona aſſumpſit naturam prime due ſimpliciter ſunt falſe. Ter
tia vno modo eſt falſa. alio modo eſt vera. ſi enim ſumat᷑ na-
tura prout eſt cõmunis tribus perſonis ſic eſt falſa. Si vero
ſumatur natura prout eſt in perſona filij ſic eſt vera. quarta au
tem propoſitio ſimpliciter eſt vera. Ad intelligentiam horum
nota ꝙ tres fuerunt opiniones de incarnatione chriſti. Pri
ma opinio dicebat ꝙ filius dei aſſumpſit hominẽ. Secunda
dicebat ꝙ aſſumpſit humanã naturam. Tertia dicebat ꝙ aſ-
ſumpſit hominẽ vt veſtem. prima opinio non tenetur. quia po
nit ꝙ in chriſto ſunt due perſone ꝙ eſt falſum. Secunda cõis
eſt et vera. quia ponit ꝙ chriſtus eſt vnũ ſolum licet ſit aliquid
ſecundum ꝙ homo. Item ponit ꝙ aſſumens non eſt aſſũ-
ptum. Item ꝙ ille homo diuina eſt eſſentia. et econtra. Item
ꝙ omnis proprietas filij dei ineſt ei et econtra. Tertia opi
nio tanꝗ heretica reprobatur quia ponit non eſſe in vna per-
ſona chriſti duas naturas. et ꝙ due ſubſtantie humane natu
re. ſ. et diuine non pertinent ad pluralitatem filij dei. Dicimus
ergo ꝙ tanta eſt ibi vnio vt quicquid dicitur de filio dei dicat᷑
de filio hominis. et econtra. His tamen exceptis in quib' ex-
primitur vnio vel clauditur negatio. ſ. vt fiat vocabulũ in quo
aliqua repugnantia includitur ſicut eſt vniri. incarnari aſſumi
aſſumere in quibus includitur reſpectus vnionis vnius natu
re ad alteram: et tunc non tenetur predicta regula. Similiter
non tenet ſi in vocabulo includitur negatio alicuius cuius op
poſitum alteri non competit. ſicut incipere eſſe creari etc. No.
ꝙ proprie loquendo ꝯpoſitio eſt corpoꝝ coniunctio corporis
et anime vnio eſt diuine nature ad humanã tamen ponit᷑ vnũ
qñqȝ pro reliquo Quinqȝ fuerunt ſtatus primi hominis et de
quolibet ſtatu recepit chriſtus aliquid. Primus innocẽtie de
quo chriſtus accepit peccati imunitatem. Secundus gratie de
quo accepit plenitudinem gratie. Tertius culpe de quo acce-
pit recompenſationem pene. Quartus penitentie de quo acce
pit paſſionem doloris et triſtitie. Quintus glorie de quo acce

pit plenam fruitionem. Corpus chriſti ſecundũ Damaſ for-
matũ fuit ex ſanguine beate virginis non ex carne. Nam vere
matris eſt ſecundũ philoſophos materiã tantũmõ miniſtra-
re. ſed dare virtutem formatiuã que actiue naturã ſeu materi
am formet eſt patris et non matris. Cũ igitur beata virgo pro
prietatẽ vere matris habeat oportet ꝙ materiã contulerit que
ſecundũ naturã ſit materia conueniens humano corpori. et ta
men integritatẽ virginale non polluat. Talis autem materia
non eſt caro. quia dicit philoſophus primo de gene. et corrup.
ꝙ id quod eſt pars actu non eſt materia generationis cũ non
ſit in potentia totum. Caro autẽ eſt pars actu. vnde non ẽ ma
teria generationis. talis quoqȝ materia non fuit ſemen femi-
neũ. quia hoc puritati virginis non conueniebat. nec etiam ſe
cundũ philoſophũ eſt neceſſariũ ad generationẽ. quia alique
mulieres concipiunt ſine ſeminatione. Talis ergo materia fu-
it ſanguis. qꝛ ipſe ſcõm phm eſt in nobis materia generatõis.
Quod autẽ dicit apoſto. ad ro. i. Qui factus eſt ei ex ſemie da
uid intelligendũ eſt originaliter, non materialiter. Virtus autẽ
formatiua in beata virgine non fuit ex parte carnali. ſed ex vir
tute altiſſimi.

De vtilitate incarnationis Cap. ix

Amiſimus per peccatũ propriã excellentiã mentis in
nocentiã. ac dei amicitiã. Hec autẽ recuperare opor
tuit per beneficiũ ſaluatoris. Excellentiã eñ recupe
rare non potuimus. niſi per excellentiſſimũ recuperatorez. qꝛ
ſi per aliquã merã creaturã reparati eſſemus. tunc oporteret
nos eſſe ſubiectos illi creature. Innocentia enim reparari nõ
poterat niſi per ſatiſfactorẽ ſufficientiſſimũ qui eſſet deus ⁊ hõ
deus quidẽ qui pro hoie ſatiſfacere poſſet. Homo vero de ge
nere ade qui peccauerat. Ille nanqȝ congrue ſatiſfacit q̇ poteſt
et debet. ſed non poteſt niſi deus. nec debet niſi homo. amici
tia ſimiliter non poterat reformari niſi per mediatorẽ conueni
entiſſimũ qui. ſ. vtriqȝ parti conformis eſſet. et vtriqȝ pti ami
cus hoc vero chriſto conuenit qui eſt deo patri ſimilis per di
uinitatẽ. et homini lapſo per humanitatem. venit ergo deus i

incarnatione tanq̄ dominus ad ſeruos vt eos corrigeret tan
q̄ magiſter ad diſcipulos vt eos inſtrueret tanq̄ medicus ad
egrotos vt eos ſanaret. per primū oſtendit deus potentiam. p
ſecundū ſapientiam. per tertium bonitatem. Quattuor fruct⁹
incarnationis ponit Bern̄ dicens. Manna de celo deſcendit
vt gaudeant eſurientes. Uinea celi botrus erumpit vt
gaudeāt ſicientes. Oleum effuſum eſt vt gaudeant egro-
tantes. lapis ſine manibus de monte precioſus eſt vt timeāt
negligentes. chriſto homini plures actus conueniunt nobis
multū ſalutiferi propter quod diuerſis rebus naturalib⁹ et ar-
tificialibus comparatur. Ipſe nanq̄ criſtus dicitur caput no-
ſtrum propter ſenſum et motum̄ ſpiritualem quem ſuis mem
bris influit. Mediator. quia participat proprietates diuine et
humane nature. et ideo inter deum et nos efficacter pōt me-
diare. Fundamentum propter fidem qua in nobis illuminat
intellectū. Hoſtium propter charitatem. quia perficit affectum
Paſtor inquantum incorporat nos eccleſie per ſacramentorū
participationem. Hoſtia quia ſoluit obligationē contractam
per peccatū originale et actuale. Sacerdos quia ipſe ſe rogat
ipſe ſe exaudit: ipſe ſeruus ſe rogat dn̄s ⁊ ipſe deus exaudit ſe.
hominem. via exemplo via in premio. Item Bern̄ enume-
rat quattuor vtilitates aduentus domini dicens. Uenit medi
cus ad egrotos. Redemptor ad venditos via ad errantes vi
ta ad mortuos. Oſtenduntur adhuc multe vtilitates incarnatiō
nis chriſti. quia deus factus eſt homo vt fieret homo de⁹. do
minus factus eſt ſeruus vt fieret ſeruus dominus deus de ce
lo ad terras deſcendi. vt homo de terris ad celos aſcenderet.
deus factus eſt filius hominis. vt homo fieret filius dei. Im
mortalis factus eſt mortalis vt mortales fierent immortales
diues innocens factus eſt pauper. vt pauperes fierēt diuites.
Obſcurata eſt lux vt nos illuminaret. Eſuriuit panis vt nos
reficeret. Sitiuit fons vt nos inebriaret. Triſtata eſt letitia vt
nos letificaret pauebat fiducia: vt nos confortaret. Laxata ē
via vt iter noſtrum ad celeſtia dirigeret.

De mirabilibus circa incarnationem domini: Cap. x

Excellebat incarnatio chriſti noſtram conceptionem
in pluribus per que apparet q̄ ibi natura ſua perdi-
dit iura. Inueniunt enim multa tam ex parte matris
q̄ ex parte prolis. et quam ex parte modi. que non ſunt ſecun
dum viam nature. ſed ſecundum potentiam virtutis infinite. q̄
ſolius dei eſt. Mira igitur fuerunt in matre que ſecundum ber
nardum ſine pudore fecunda. ſine grauamie grauida. ſine do
lore puerpera. Ibi portauit ſtella ſolem palmes vitem. riuus
fontem. filia patrem. creatura creatorem. Fuit in q̄ mater pa-
tris ac filia nati. fuit quoq̄ prole poſterior. cōtento minor ma
ter, et virgo fuit et cum deo filium cōmunem habuit maledicti
onem legis euaſit vbi maledicti fuerunt virgines et coniuga
te. Uirgines quidem quia non genuerunt: coniugate vero: q̄r
in dolore pepererunt: ſed vtrūq̄ beata virgo euaſit: quia vir-
go genuit et dolorem non ſenſit. Auguſtin⁹. Speculum non
rumpit radius ſolis. et ita integritatem virginis ingreſſus aut
egreſſus dei vitare non potuit Mirabilia quoq̄ fuerunt in
prole. quia in inſtanti fuit ibi ſanguinis ſeparatio. conſolida-
tio. figuratio: animatio. deificatio. Et quod iſta non fuerunt
ſuceſſiua. patet ex ſcriptura Hieremie. xxxi. Femina circun-
dabit virum: patet etiam ex virtute agente ſpiritusſancti cuius
eſt ſubito operari quamuis autem membra chriſti fuerunt in
conceptione completa atq̄ perfecta vſq̄ ad anime ſuſceptio
nē ipſorum tamen membrorum diſtinctio ſecundum Augu.
tam parua et tenuis fuit q̄ humano viſui vix poſſet ſubijci. q̄r
intanto fuit minus corpus illud q̄ alius conceptus cum for-
matur q̄tum augeri poſſet in vtero infra. xlvi. dies Unde
miraculoſum fuit q̄ in tam paruo corpore recepta fuit aīa.
ſed hoc ideo factum fuit in conceptione chriſti quantū ad tem
pus manendi in vtero non eſſet noſtre conceptioni diſſimilis.

Preterea ab inſtanti conceptionis ſciuit omnia etiam ſecū
dum q̄ homo. Item in fruitione fuit perfecta anima eius vn
de quantum ad hoc non ſolum fuit viator ſed etiā cōprehen-
ſor. Item mundus fuit ab omni peccato et plenus omī gra
tia et virtute. Habuit quoq̄ patrem in celis et matrē ī terris.

ſed patrē ſine matre. et matrem ſine patre. Item per incarna/
tionē ipſe dn̄s factus eſt ſeruus. Eternus factus eſt tempora
lis immēſus factus eſt paruulus fit ſummus imus incompre
henſibilis fit localis ſimplex fuit ꝯpoſitus. Dicit augꝰ. Uidet̄
inuiſibilis palpatur ip̄alpabilis. imoꝛtalis occiditur. Itē. Au
gu. Quis vnq̄ extimare poſſet vt poꝛtaretur manibus femīe
is poꝛtator oꝛbis panis angeloꝝ manducaretur ſeu alaretur
virtus celoꝝ infirmaretur vita oīm moꝛeretur. Hic quoqꝫ no
tandū eſt q̄ ſicut in diuinus eſt trinitas perſonaꝝ in vnitate eſ
ſentie. ita in chriſto eſt trinitas eſſentiaꝝ ſeu naturaꝝ in vnita/
te perſone. quia ſicut in diuinis p̱ diuerſas perſonas nō diſtin
guitur eſſe. ſic in chriſto per diuerſas naturas non diſtinguit̄
perſona. Deniq꞉ chriſti incarnatio fuit mirabilis ex modo. qꝛ
ſecundū tres modi producendi ho̅iem. Primus videlicet nec
de viro. nec de muliere. ſicut adam. Secundus de viro ſiñ mu
liere. ſicut in Euā. Tertius de viro et muliere. ſicut in omnibꝰ
concupiſcibiliter natis. Ad ꝯplementū decuit vniuerſi quartū
modū introduci. vt. ſ. homo de muliere fieri ſine viro per vir/
tutē operatoꝛis. In conceptione ergo filij dei ſimul concurrūt
virtus innata infuſa et increata. Uirtus innata m̄iam miniſtra
uit: Uirtus infuſa purificando ad vnionē verbi adaptauit ado
ptione dico congrue nature. Uirtus increata ſubito perfecit:
quod natura non potuit niſi ſucceſſiue.

De natiuitate domini. Capi. ij.

Atiuitas chriſti triplex eſt. ſ. diuina. humana. et gra/
n tuita Prima eſt ex patre. ſecūda ex matre. tertia fuit ī
mente. De patre naſcitur eternaliter. de matre tempo
raliter. In mente ſpiritualiter. Et iſte tres natiuitates ſumū/
tur ſecundū tres ſubſtantias. que ſunt in chriſto. ſ. ipſius diui/
nitas. caro et ſpūs Nā ex patre naſcitur deus. ex matre caro ex
mente naſcitur ſpiritꝰ. ſ. per gratiā. Ex patre naſcitur ſemp̱ ex
matre naſcitur ſemel. In mente naſcitur ſepe. Secundū natiui
tatem diuinā chriſtus habet patrem ſine matre. ſecundū hūa
nam habet matrē ſine patre ſecundū gratuitā habet patreꝫ et
matrem ſecundum illud. Qui fecerit voluntatem patris mei

ipſe p. m. et matter mea eſt etc. Math xij Has tres natiuitates
repreſentat eccleſia in die natiuitatis eius. primū. ſ. diuinā in
miſſa que cantatur in nocte. Eſt enim nobis hec natiuitas oc
culta. liij. Generationem eius quis enarrabit. Secundam in
miſſa que cantatur in auroꝛa. quia natiuitas humana partim
fuit occulta. partim manifeſta. Occulta quidem quantum ad
modum. quia natus eſt de virgine. ſed manifeſta quantuꝫ ad
factū. Tertiam ſcilicet gratuitam in miſſa que cantatur in die.
quia natiuitas gratuita eſt manifeſta in qua chriſtus per affe/
ctum concipitur. per affectum naſcitur. per pꝛofectum nutritur
Eſa. xxvi. A timoꝛe tuo concepimus et peperimus ſpiritū ſa/
lutis. De diuina itaq꞉ generatione habetur pꝛimo libꝛo. ſ nūc
de humana pꝛoſequendū eſt. Nota itaqꝫ q̄ ſecundū verba
apoſtoli vbi ait ad Titum. iij. Apparuit gratia dei ſal. n. o. ho
eru. n. etc. Natiuitas chriſti fuit gratioſa. glorioſa. copioſa. fru
ctuoſa. Gratioſa quia apparuit gratia. Glorioſa quia ſaluato
ris noſtri dei. Copioſa quia omnibus hominibus. Fructuo/
ſa quia erudiens nos. Iſte fructus natiuitatis chriſti duplex ē
ſ. reſpectu tp̄is p̄ntis ꝛ futuri Itē reſpectu tp̄is p̄ntis. duplex ē
fructus. Primus eſt declinatio mali. ibi vt abnegantes impi
etatē quo ad malum, quod eſt contra fidem et ſecularia deſide
ria quo ad malum. quod eſt contra bonos moꝛes. Secun
dus fructus ē operatio boni. ibi ſobꝛie quo ad nos iuſte quo
ad pꝛoximū. et pie quo ad deum. Itē reſpectu futuri tempo/
ris duplex eſt fructus. Primus eſt ſpei in reſurrectiōe. ibi exp.
b. ſ. Secundus gaudij in gloꝛificatione: ibi et ad aduentū ma
gni dei. apparuit enim in natiuitate chriſti benignitas et hūa
nitas de triplici latibulo. ſ. de ſinu patris in quo celabatur de
vmbꝛa legis in quo figurabatur. de ventre matris in quo foꝛ/
mabatur. iſte nanq꞉ agnus ſoluit ſignacula libꝛi ſignati. Nati/
uitas chriſti fuit honeſta vtilis et iocunda. Quid autem illius
ſalute hominis. Uocabis inquit. Luce. ij. nomen eius Ieſū.
qui ſaluum faciet populum ſuum. certe a foꝛmidine timoꝛis.
ab immanitate languoꝛis. a detentione carceris. a ſubiugatio
ne hoſtis. Quid honeſtius partu virginis vbi virgo eſt que

generat deus eſt q̃̄ui generatur. ſpiritusſanctus qui operatur.
in generatione. quid iocundius ortu dei et hominis. Hauſi
quidem qui preceſſerunt vt Abraam qui exultauit vt videret
diem domini. Johã. viij. Item qui ſequuntur ga. in. d. ſemꝑ
ad Philipẽſes. viij. Item qui preſentes erant vt angeli decã
tantes et paſtores videntes. Jo. In vtero ſentiens et ſymon
amplexans. ſed maxime virgo ipſũ generans. Luce. ſ. Et exul
tauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. protulit in natiuitate
nobis beata virgo fructum qui ſeminatus fuit in conceptio-
ne. germinauit in natiuitate colectus in pannorum inuolutio
ne. ad domum illatus. in purificatione flagellatus in ſtipite.
ventilatus in falſorum teſtium accuſatione. immolat⁹ in paſ
ſione. purgatus in reſurrectione. comedetur ĩ quottidiana eu-
chariſtie. ſuſceptione et in celeſti fruitione. Beata itaqꝫ virgo
eſt celum. que chriſtum rorauit. Ipſa nubes que chriſtum plu
it. Ipſa terra que chriſtum germinauit. In natiuitate dñi fuit
beata virgo terra de cuius limo formatus eſt vetus. Adã ter
ra de qua orta eſt veritas terra de qua ortus eſt fructus terre
ſublimis. terra bona in qua ſemen cecidit. terra fluens lacte et
melle. terra germinans herbam virentem. terra de qua oriе-
batur fons irrigans vniuerſã ſuperficiẽ terre.

## De circunciſione domini. Cap. xij.

Circunciſionem accepit chriſtus multiplici ratione
Primo vt legem quam dedit alijs et ipſe com-
pleret. Secundo vt humilitatẽ oſtenderet. quia enim
cerimonialibus ad quẽ non tenebatur. ſed ſubiecit. ipſe nanqꝫ
dominus legis fuit. Tertio vt ſanguinẽ ſuũ pro nobis nõ ſo-
lum ĩ etate virili. ſed etiam in infantia funderet Quarto vt nos
circuncidendos fore ſpiritualiter oſtenderet. Quinto vt here-
ticos confunderet qui dixerunt eũ nõ verum corpus. ſed fãta-
ſticũ habuiſſe. Sexto vt iudeis ſatiſfaceret qui ſcandalizati fu
iſſent. ſi circunciſionẽ non accepiſſet. Septimo vt legẽ veterem
approbaret que vſqꝫ ad ipſũ obſeruãda fuit. legalia enĩ ſcõm
Aug. fuerunt añ paſſionẽ viua: et poſt paſſionẽ dñi mortua ſz
poſt q̃ per mundũ claruit euãgeliũ ſepulta. Circuncidit̃ ieſus
non ſolum circũciſione legali: ſed etiã circunciſione ſpirituali
Unde poſſumus circunciſionẽ quadruplicem aſſignare. Pri
mo circuncidit eum pater cultello. paupertatis in natiuitate.
Secundo circunciderunt eum parentes eius octauo die cul-
tello penalitatis. Tertio circunciditur in omni vita ſua cultel-
lo humilitatis. Quarto circunciderunt eum iudei in paſſione
cultello crucis. et hoc per milites pilati. circunciditur etiam Je
ſus in ſuis quadrupliciter. Primo per detractores qui auferũt
amicos et famã. Secundo per raptores qui auferunt bona tẽ
poralia. Tertio per hereticos qui auferunt aiam. Quarto per
tyrannos qui auferũt corpus. circunciſio noſtra ſpiritualis du
plex eſt. prima mentis in preſenti a culpa. ſcđa corporis in fu-
turo a pena. prima ſignificata eſt per circũciſionẽ ſolennem q̃
facta eſt in egypto. et hec triplex. ſ. eſt incipientiũ a vitijs cultel
lo iuſticie Item proficientiũ a ſuperfluis: cultello miſericordie
Item perfectorum a mundialibus crucis cultello charitatis.
perfecte. Secũda ſignificata eſt per circunciſionẽ factam ĩ gal
galis in terra promiſſionis: quia in octaua reſurrectionis per
petram xp̄m circuncidimur ab omnibus miſerijs. Ex quo pa
tet q̃ efficatior eſt noſtra circunciſio ſpiritualis q̃ iudeoꝝ car-
nalis. quia illoꝝ circunciſio licet peccatũ originale tulerit tñ ia
nuã paradiſi non aperuit. ſed noſtra vtrũqꝫ facit. In hac ma-
teria duo tanguntur. Primũ eſt chriſti humilitas in circunciſi
one. Secundum eius ſublimitas in nominis impoſitione Uo
catũ eſt inquit nomen eius Jeſus. Dignitas autẽ huius nomi
nis multiplex eſt. Eſt enim ab eterno conſecratũ. vt dicit Ber
nardus. Ab antiquis perfiguratum. ſcilicet in Joſue a pro-
phetis deſideratum. Eſa. Nomen tuum in deſiderio anime a
ſanctis pribus ꝓphetatũ. Salomonis oraculo a deo noiatũ.
Apl's ad Philip. iij. Dedit illi nomẽ etc. ab angelo prenũtia-
tum. Luc. i. Sanctũ nomẽ eius ab aplis magnificatũ. Act. v
Ibant apoſtoli gaudentes etc. a martyribus teſtificatum.

quia pro nomine paſſi ſunt a cõfeſſoribus collaudatum. Ps. c.xv. Laudate pueri dñm etc. a ſanctis virginibus pregustatũ Canti.i. Oleũ effuſum nomen tuũ. Jeſus eſt mel i ore melos in aure. iubilus in corde ab omnib⁹ ſanctis exaltatũ. ps. xxxiij Magnificate dñm mecũ. et ex. n. c. i. idipſum Petrus Act. iiij Non eſt aliud nomẽ ſub celo in quo oporteat nos ſaluos fieri in hoc nomine. Jeſus ſunt quinq̃ littere que poſſunt eſſe initiũ iſtaꝝ dictionũ. Jocunditas merentiũ. Eternitas viuentiũ Sanitas languentiũ. Vbertas egentiũ. Satietas eſurientiũ: Et hoc nomen ieſus chriſto conuenit tripliciter. Primo ratione nature. vt qui ex diuina natura erat ſaluator auctoritate ex humana natura fieret ſaluator myſterio vt vendicaret ſibi nomen ſaluatoris. Secundo ratione decentie. quia decuit vt ex re nomen haberet. vnde quia ſaluat a peccato a dyabolo et ab inferno merito nomen habet illi beneficio congruẽs. Tertio ratione efficatie. q2 xp̃s nos ſua paſſione ſaluauit.

De baptiſmo domini: Cap̃. xiij.

In baptiſmo dñi notatur ipſius humilitas et noſtra vtilitas. Ipſius humilitas notatur in quattuor. Primo quia venit ieſus. ſ. dator ſalutis et non indigens ſalute. Secundo quia ad iordanẽ vbi creator elementoꝝ ſubiecit ſe humili elemento aque. Tertio quia ad hominẽ. i. Johannẽ. ſ. dñs ad ſeruũ. rex ad ſentiferũ ſol ad luciferũ. Quarto. vt baptizaretur ab eo. ſ. fons a riuo. plenitudo a ſtilla. auctor baptiſmi a baptiſmi miniſtro. Utilitas noſtra notatur in quattuor que circa chriſtum baptizatũ euenerũt. Primo quia cũ xp̃us baptiſatus fuit ꝯfeſti aſcẽdit de aqua per q̃d notatꝛ i nobis grẽ iſuſio. homo em̃ ꝑ baptiſmũ liberat⁹ a culpa ad virtutẽ ſtati aſcẽdit Scd̃o aptũ eſt celũ ꝑ q̃d notatꝛ. ꝑ baptiſmũ aſcendẽtis euolatio. Tertio deſcẽdit ſpũſſanct⁹ corꝑali ſpẽ ſicut colũba i ip̃m. ꝑ q̃d notatꝛ, ꝙ baptiſm⁹ facit hominem templũ ſpiritusſancti. Quarto vox patris facta eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo notatur ꝙ per baptiſmum de filio ire fit filius gratie. In baptiſmo chriſti notatur ſubſtantialis baptiſmi noſtri. ſ. baptizans et baptizandus materia forma et intentio Baptizans fuit Johannes in quo miniſtri ſanctitas deſignatur. Baptizandus fuit chriſtus noſtrũ baptiſmũ conſecrans: quia tactu ſue mundiſſime carnis vim regeneratiuã cõtulit aquis. Materia fuit aqua magis conueniens et cõmunis ceteris liquoribus ad baptiſmũ exiſtens. Forma vero notatꝛ per teſtimoniũ trinitatis. Fuit enim ibi pater in voce filius in carne. ſpiritusſanctus in columbe ſpecie: Intentio conſequitꝛ formã. Voces enim vt ait philoſophus primo periarmenias Signa ſunt earum que ſunt in anima paſſionũ. Per vocez patris que audita eſt in baptiſmo chriſti notantur quinq̃ dignitates et excellentie chriſti. Cum enim dicitur hic eſt cõmendatur chriſtus a vera eſſentia quia ſolus deus habet verum eſſe. Omne enim eſſe a forma eſt: deus autem forma eſt ſine materia: vt dicit Boetius. Cum dicitur filius cõmendatur xp̃us a ſimilitudinis paterne conuenientia: ex eo nãq̃ dicitur filius quia fit vt ille propter quod filius dicitur ymago patris poti⁹ etiam ꝙ ſpiritusſanctus propter rationem quam habes libro primo. Cum dicitur meus cõmendatur a ſubſtantie indifferẽtia. Dicitur enim meus. i. mihi ſubſtantialis. Cum dicitur dilectus cõmendatur ab amoris beniuolentia. Ideo pater diligit filium et omnia que habet dedit in manu eius. Cum dicitur in quo mihi complacui commendatur a ſpeciali complacentia Sed nota ꝙ placitum eſt quieta voluntas. vnde complacui. i. cum ſpiritu ſancto in filio ſecundũ naturã aſſũptã quieui.

De plenitudine gratie chriſti. Capitulum. xiiij.

Poſt hoc conſiderandum eſt verbũ incarnatũ quantum ad plenitudinem chariſmatum ſpiritualiũ que ſunt plenitudo gratie in effectu. Plenitudo ſapiẽtie in intellectu. ac plenitudo meriti in opere et effectu. Circa primũ notandũ eſt ꝙ i chriſto a ſui conceptione fluit plenitudo gratie quantũ ad gratiã perſone ſingularis. et quantũ ad gratiam capitis. et quantum ad gratiam vnionis. et hec triplex gratia eſt eadem in eſſentia ſed differunt in effectu.

Gratia enim persone singularis est gratia habitualis, quā habuit complettissime et plenissime christus excepta fide et spe. quas virtutes non habuit. sed id quod eis succedit in patria. quia fidei succedit cognitio. spei vero succedit ꝯprehensio rei. ¶ Sciendū autē ꝙ predicta gratia persone singularis exuberat in christo ita ꝙ influit in mēbra corporis sui mistice sensū et motū spiritualē secundū fontalē et plenitudinē omnis gratie in ipso habitantis dicitur gratia capitis. Unde nota ꝙ christus secundū vtranq̄ naturā dicitur caput ecclesie: q2 non solū inquantū deus. sed etiā inquantū homo influit sensū. et motū spiritus et gratie in omēs qui adherent ei vel per fidē rectam: vel per fidei sacramentū Sed inquantū homo influit eā per motū meriti: et illud meritū quod non solū ex congruo. s3 etiā condigno meriti influit mēbris gratiā. et hoc habuit ex vnione ad verbū. Ex predictis collige ꝙ xp̄s inquantū homo dicitur caput ecclesie tripliti ratione. Primo propter influentiam gratie sicut dictū est. Secūdo propter ꝯformitatē nature quā habet caput ad mēbra. quia licet christus excellet mēbra sua quantū ad naturā diuinitatis. tamē conformis est illis in natura humanitatis. Tertio dicitur caput methaphorice. q2 sicut corpus christi verū constat ex purissimis mēbris. ita corpus eius misticū ex puris fidelibus. Nā de plenitudine eius omnes accipiunt beneficiū gratie et spiritus qui ad eum accedunt vel per fidem rectā. vel per fidei sacramentū Alia ratione secundū ꝙ homo dicitur caput. s. propter nature conformitatē quā caput habet ad totū corpus vt supra dictū est. Preterea secundū ꝙ eadē gratia singularis persone habilitauit humanā naturā xp̄i ad vnionē vbi vt videlicet digna esset vniri tante celsitudini vocat͛ grā vnionis p̄ quā xp̄s nō tm̄ felicitate glorie verū etiā adoratione latrie dignus fuit. Attamē inquantū est ꝯstructio trāsitiua cū dicitur gratia vnionis ē vnio: hūane nature ad diuinā naturā q̄ gratis et sine meritis data ē hūanitati xp̄i. Sicut eīn differt grā hūanitatis a grā ꝑsonali et a grā capitis sic vnio differt a grā hituali propter quod dicit͛ in Johāne. xx. ꝙ spūssanctus datus ē et non ad mensurā qḋ dupliciter exponitur. Primo sic non ad mensurā. i. totaliter et non particulariter. vt quicquid potuit deus et de spiritusancto dare dedit ei. Secūdo sic non ad mensuram. i. super omnē portionē respectu alioꝝ hoīm. De hoc ꝙ dicit Johannes. i. plenū gratie et veritatis. Nota ꝙ multipliciter distinguitur plenitudo. Prima ē sufficientie que in quolibet iusto reperitur. Secunda est copie que fuit in apostolis et in Stephano. Actuū vij. Stephanus autē ple. grā et for. Tertia est vniuersitatis q̄ est in ecclesia cui nullū donū deest. Quarta est excellentia que fuit in beata virgine que omnes sanctos excedebat in gratia. Eccl'. xxiiij. In me omnis gratia. Luce. i. Aue gratia plena. Quinta superfluentie que fuit in xp̄o. Jo. i. Plenū gratie et veritatis. Circa innocentiā christi hoc sciendū ē ꝙ habuit immunitatē omnis culpe et quantū ad actū. et quantū ad posse. q2 nō peccauit nec peccare potuit: nec peccatū originale a patre traxit. quia patrē non habuit carnalē. nec a matre habuit peccatum quā spiritussanctus totaliter a fomite liberauit.

## De plenitudine sapientie xp̄i — Ca. xv.

s Icut in christo fuit omnis plenitudo gratie. ita & omnis plenitudo sapientie non solum quantum ad cognitionem verū etiam quantum ad modos et differentias cognoscendi qui sunt quinq3. Primus est cognitō sēpiternalis ex parte diuinitatis et hoc modo cognoscit omnia simul. s. finita et infinita. quia apud deum omnis infinitas est finita. deus enim videt multa in vno. i. in seipso. vnde non differt ꝙ videt et per quod videt. quia videt se per se. et in se videt omnia non solum que fecit: sed que facere potest que sunt infinita. Secundus modus est cognitio sensualitatis ex parte carnis. Iste modus est cognitio per experientiam qua christus non sensit omnia simul. quia sensus non est particeps rerum nisi ad presentiam obiecti. Tertius modus est spiritualis ex parte mentis et ist triplex fuit. s. per naturam per gratiā et per gloriā per naturam est igitur tertius modus cognoscendi quo christus cognouit omnia que spectant ad vniuersi con/

ſtitutionem:ſed longe excellentius quam adam eſt exiſtens
in natura iſtituta.quartus modus eſt per gratiā hoc mō chri/
ſtus cognouit omnia que ſpectant ab humani generis redem
ptionem.longe tamen excellentius ꝙ aliquis prophetarum
vel etiam angelorum.Non ſolum enim habuit chriſtus ſcien
tiam per habitum.vt adam et angeli.ſed etiam per habitum
infuſum velut ſancti per gratiam illuminati.cognitionem non
habuit per habitum acquiſitum qui propter imperfectionem
in chriſto non fuit. Quintus modus eſt per gloriam hoc mo
do cognouit omnia chriſtus.finita quidem cognitione actua
li.infinita non niſi cognitione habituali vel exceſſiua. Anima
enim chriſti per gloriam comprehenſionis capiebat quecūqȝ
capere poteſt natura finita vnita infinito. Sciendum ergo ꝙ
res dupliciter habet cognoſci in arte.ſ.vel ab ipſo artifice vel
ab alio arte contemplante.vtroqȝ modo cognouit chriſtꝰ res
Primo modo per naturam diuinitatis. Secundo modo p na
turam comprehenſionis. Patet igitur ex premiſſis quinqȝ dif
ferentie cognitionis que erant in chriſto. Per primū enī mo/
dum habuit cognitionem vt deus.per ſecundū vt homo . per
tertiū.vt viator.per quartum vt illuminator . per quintum vt
comprehenſor.chriſtus ſecundū vtrāqȝ naturā dicitur lux.qȝ
ſecundū diuinitatem illuminat intus aīam.et ſecundum hu/
manitatem informat exterius vitam et hoc tripliciter.ſ.mira/
culis.predicationibus et exemplis. Primū eſt potentie. Secū
dum ſapientie. Tertium bonitatis. Nota preterea ꝙ ſcientia
chriſti.hominis limpidiſſima eſt inter ſcientias creatas: quia
nihil habet admixtum de ſuo contrario.vel actu vel potentia
preſertim cum nō poſſit aliquid ignorare propter ſui vnionem
ad verbum.tamen quia anima chriſti creatura eſt non eſt ſcien
tia eius ita limpida ſicut dei q̄uis ſcit omnia ſicut deꝰ. Quod
dicitur. Jheſus proficiebat ſapientia et etate et coram deo et
hominibus non eſt intelligendum ꝙ in ſe profecerit.quia ab
inſtanti conceptionis ſapientia plenus fuit. Sed potꝰ in alijs
qui doctrina ſua et exemplo profecerunt.et hoc coram deo.ſ.
ad gloriam dei et hominibus.i.ad vtilitatem hominum.

eſt peccatum cum ſit motus naturalis:quandoqȝ eſt ab appe
titu indeliberato.et ſic eſt veniale.ſicut alij primi motus.quā
doqȝ ē a volūtate deliberatiua.et tūc eſt peccatū mortale.

Quō accidia ſit mortale vel veniale. Capitulū.xxv.

Ccidia ex ſuo genere eſt peccatū veniale.quia ſecun
a dum Aug. Accidia eſt tedium interni boni. Hic au
tem non opponitur charitati.ſed dicit diminutionē
feruoris charitatis in quo conſiſtit omne veniale. Iſtud ergo
tedium vel eſt motus naturalis .et ſic nullum eſt peccatū.vel
eſt motus appetitus contriſtati.de opere ſpirituali laborioſo
et ſic eſt veniale q̄uis etiā ille appetitus naturalis ſit delibera
tus.quia conſenſus in veniale non eſt niſi veniale. Accidia ve
ro ex genere et per ſe veniale eſt.vel hoc etiam tedium redun
dat in omiſſione eorum que ſunt neceſſaria ſaluti.vt frangere
precepta dei vel eccleſie ſine cauſa rationabili.et tunc eſt mor
tale.ſi autē tedium illud ex omiſſione boni et difficultate ag
grediendi bonū ducit in deſperationē.tūc iam accedit ad pec
catū in ſpiritūſanctū.et ſi tedium illud creſcit ꝙ etiā ducit i te
dium vite. intantū ꝙ inijciat ſibi manus.tunc gens ſimilis ē
Jude qui laqueo ſe ſuſpendit.

Quomodo auaritia ſit mortale vel veniale peccatū. Ca.xxvi

Uaritia ſecundū. Tulium eſt imoderatus amor ha/
a bendi. Hec igitur aut cōſiſtit appetendo vel in acqui
rendo vel in retinendo ſi primo modo hoc eſt quin/
qȝ modis: Primo quia appetit aliena appetitu completo
qui procederet in opus.ſi adeſſet facultas.et ſic eſt peccatum
mortale. Secūdo quia appetit.illicita voluntate completa.vt
ſi aliquis indignus conatur beneficium eccleſiaſticum adipi/
ſci.ſic iterum eſt mortale. Tertio ſi appetit talia ſiue ſunt illici
ta ſiue aliena cum voluntate conditionata.ſ.ſi poſſet habere
ſine offenſa dei ac iniuria proximi.et tunc vel nullum vel veni
ale eſt.ſiue talem conditionem actualiter addat ſiue habitua
liter eam intendat. Quarto ſi ſimpliciter appetit habere ſuper
flua.et hoc appetitu ſuffocante mentē.ſ.a cura ſui et conſidera
tione diuinorū et hoc eſt peccatū mortale. Quinto ſi ſuperfluo

amore inhereret temporalibus tamen infra dei amorē hoc eſt
veniale. Si autem auaritia conſiſtit in acquirendo. hoc eſt
tripliciter, quia vel acquirit iniuſte quocunq₃ modo. et tunc ē
mortale. vel acquirit per tale opus aut artem aut officiū quod
per ſe eſt peccatū mortale. ſi etiam eſſet ſine lucro vt procura/
re aliquid fornicari. et tunc eſt mortale. vl' acquirit talia ꝑ opa
illicita que ſunt veniale peccatū. vt cū aliquis verba iocoſa cō
ponit ad lucrum. ſalua tamen honeſtate. et hoc eſt veniale ni/
ſi propter delectationē diſſolutionis totaliter ſe det talibꝫ: tūc
enim mortale eſt. Dico autē propter delectationem. q2 ſi ali/
quis propter neceſſitatē per talia ſibi ſuſtentationē ꝯquireret
cum aliam artē lucroſam neſciret non reputarē eum i ſtatu dā
natoꝝ. Si autē auaritia conſiſtit in retinendo: hoc poteſt eſſe
quinqꝫ modis. Primo quia retinet ſcienter ea que reſtituere te
netur. et aīo retinendi eſt peccatū mortale. Secundo quia re/
tinet ea que ad neceſſitatē ſuā et ſuoꝝ pertinent vel ad conſer
uationē ſtatus ſui et ſuorum ſecundum decentiā ſuam. et hoc
non eſt peccatum. Tertio. quia retinet ſuperflua reſpectu vtri
uſqꝫ iam dictoꝝ. et hoc tempore extreme neceſſitatis alicuiꝰ ſic
eſt peccatum mortale. Quarto quia retinet ſuperflua etiam ct
tra extremā neceſſitatem ex inſaciabili cupiditate. ſic eſt pecca
tum mortale. Precipuū autem ſignū talis affectus eſt ꝙ quis
res potius ſinit putreſcere penes ſe quā vtiliter alijs diſpēſet
Quinto quia retinet ſuperflua quedā ex inordinato amore tē
poraliū per quē modicū deficit a medio largitatis ſaluo tamē
ſtatu virtutis et ſic eſt veniale. Nota ꝙ auaricia ex ſuo genere
eſt mortale. quā Apoſtolus idolatrie comparat non quia ſit
de ſpecie illius peccati cū non habeat actum eius. ſed quia fa
cit aliquid ſimile ydolatrie ſeruiendo creature potius ꝙ̄ crea/
tori.

Quomodo gula ſit mortale vel veniale. Cap. xxvij.

g Ula ex genere ſuo eſt peccatū veniale: quia appetitꝰ
comedendi ex ſua ratione non ſubiacet dn̄o volun/
tatis. Gula eſt imoderatus appetitus comedēdi qḋ
poteſt eſſe quinq₃ modis. Primo ſi eſt ibi ſolus appetitus ci/
bi. et hoc nunq̄ꝫ eſt peccatū nec etiam delectatio cibū cōſequēs
eſt peccatū inquantū ordinatur cōtra defectū cibi contrarium
hec enim ſunt pure naturalia in quibus nec eſt meritū nec de
meritū. ſecundo ſi appetitui neceſſitatis adiungitur appetitus
delectationis et voluptatis in cibo. et hoc eſt peccatū veniale
Tertō ſi eſt ibi tranſgreſſio precepti. vt cū aliquis ſine neceſſi
tate ſoluit ieiunium eccleſie. vl' quando religioſus comedit car
nes. cū hoc in ſuo ordine ſit prohibitū. ſc₃ ſub ꝑcepto ſic ē mor
tale. Quarto ſi appetitus edendi eſt cū libidine: vt quādo ni/
mio et finali affectu inheret delectationi cibi. et hoc eſt pecca/
tum mortale. Quinto ſi deducitur in conſuetudinē talem que fa
cit totam vitam hominis delectationibus huiuſmodi deputa
ri. hec tamen ſunt vicina peccato mortali. eo ꝙ ebrietas ab a
poſtolo inter peccata mortalia computatur. Ebrietas tn̄ quā
doq₃ eſt peccatum veniale. vt quando vltra neceſſitatē quis
accipit ſecundum menſuram tamen perceptibilem Quan/
do vero q̇s egredit̄ a menſura preceptibili ſecūdū rōnē bn̄ or
dinatā ad diſcernendū. et hoc in tali menſura in qua euertitur
ſtatus mentis effrenata libidine quando hoc deo proponit.
tunc peccat mortaliter. ſi aliq̇s autē inebriat aliū ſcita. ſ. inuitās
eū ad potum vt intendat ſtatū mentis eius euertere. et hoc fa
cit eius nocumentū peccat mortaliter: quia aufert ei plus ꝙ̄ ſi
auferret aliqḋ bonū tēporale. q2 vſū ratōis aufert ei.

Quomodo luxuria ſit mortale vel veniale. Ca. xxviij

l Uxuria eſt ex ſuo genere peccatū mortale. quia ē cō
tra illud. Non mechaberis. Concupiſcentia luxurie
diſtinguitur in ſex modis. Primus eſt cū concupi
ſcentia conſiſtit io primo motu tantū. et ſic eſt peccatū veniale
Secundus eſt cū ſequitur conſenſus vſq₃ in delectationem. li
cet non in opus. et ſic eſt mortale. Tertius ē cum conſentitur
etiā in opus. et ſic eſt iterū mortale. Quartus eſt cum concupi
ſcentia non ſolum tenetur corde: ſed etiam paſcitur viſu. et ſic
iterum eſt mortale. Mathei. v. Qui viderit mulierem ad con
cupiſ. cam iam mechatus eſt eā in corde ſuo. i. ſi animo atten/
dat mulierem vt concupiſcat eam. quia ſecundū augu. hoc nō



UNIVERSIDAD

eſt iam titillari. ſed plene conſentire libidini. bene aūt dicitur
ad concupiſcendam eam quia ſi aliquis videret mulierē vt rē
pulchram et vlterius non procederet. tunc nullū peccatū eſſet
vel ſolum peccatum curioſitatis. Quintus modus eſt in ſtul-
tiloquio: vt cum quis mulierem precatur. vel propter libidinē
habet ſecum familiaria colloquia. et eſt peccatū mortale Sex
tus modus vocatur ab apoſtolo turpitudo gloſa. vt in oculis
et amplexibus. hoc eſt peccatum mortale. et tanto grauiꝰ pec
catur quanto magis libido per taſia accenditur propter nimi
am approximationem ad ignem. Notandū vero ꝙ tange
re mulierem preter intentionem non eſt peccatum. ſimilir cuꝫ
intentione tangere. ſed ex neceſſitate non eſt peccatū. ſed tan
gere ex libidine vel oſculari ad non pertinentem peccatū mor
tale eſt. Septimus modus eſt concu piſcentia que procedit in
opus. et hoc conſtat eſſe mortale. Nota ꝙ differentia eſt ī
ter primos motus generatiue et nutritiue. quia primus mo-
tus in generatiua ſemper eſt peccatum. niſi per ſacramentum
matrimonij excuſetur. ſed non ſemper ī nutritiua qm̄ potētia
concupiſci bilis non tantum corrupta eſt in nutritiua ſicut ī ge
neratiua. De hac materia require ſupra titulo proximo vbi agi
tur de ſpeciebus luxurie.

De peccato in ſpiritūſanctum. Capitulum. xxix

q Uāuis omne peccatū generaliter ſit contra deū tri-
num et vnum appropriate. tamen dicitur aliqd̄ pec-
catum in patrē. aliquod in filiū. aliquod in ſpiritum
ſanctum. In patrem enim peccatur ex impotentia. In filium
ex ignorantia In ſpiritūſanctum ex malitia certa. hoc eſt quā
do volūtas pōt et ſcit reſiſtere alicui malo. et tm̄ ex ſola mali-
tia illud eligit peccat ī ſpm̄ ſctm̄ mere procedit ex libera volun
tate et improba et directe impugnat gratiam ſpiritusſancti. et
ideo non habet colorem excuſationis. quia quantuꝫ eſt de ſe
directe eſt īpugnatiuū medici. ⁊ remedij per quod fieri habet
remiſſio peccati. Peccatū in ſpiritūſanctū dicitur irremiſſibile
in hoc ſeculo et in futuro non quia dimitti non poſſit. ſed quia
vix dimittitur aut in hoc ſeculo quantum ad culpam aut in fu

turo ꝙtum ad penam. Item quia non legitur dimiſſum ꝓ
pter quod dicitur irremiſſibile. ſicut Melchiſedech dicitur ſine
patre. quia non legitur de eius patre. Item quia aduerſat fon
te remiſſionis. ſ. ſpiritui ſancto. Item propter impotentiā ho-
minis. quia vix ſe poteſt preparare ad gratiā quē tanta moles
peccati premit. Sciendū eſt ꝙ accipitur hoc nomen irremiſſi-
bile tripliciter. ſ. negatiue: vt quia nullo modo poteſt remitti.
hoc modo. peccatū angeli et dānatoꝝ eſt irremiſſibile. Iteꝫ
priuatiue. vt quia non habet congruentiā de ſe. vt remitti de-
beat. licet ex congrua voluntate dei poſſit omne peccatum di
mitti. hoc modo omne peccatū mortale eſt irremiſſibile. Itē
contrarie ſecundū ꝙ hēt aliqua culpa contrariā diſpoſitionē
ad remittendū: hoc modo peccatū in ſpiritūſanctū eſt irremiſ
ſibile. quia contrariatur gratie remittendi peccatū. et hec ꝑ diſ
poſitionē vel preſumptionē vel alias ſpecies huius peccati.
ſex ſunt ſpecies peccati in ſpiritūſanctū. videlicet deſperatio:
preſumptio. impugnatio. veritatis agnite Inuidētia charita-
tis fraterne. obſtinatio finalis īpenitētia. hoꝝ numerus ſic ac
cipitur. In remiſſione tria ſunt. ſ. ipſe remittens ⁊ ille cui remit
titur ac diſpoſitio remittendi in eo cui remittitur. In ipſo re-
mittente duo ſunt. ſ. mia et iuſticia. cōtra primū eſt deſperatio
contra ſecundū ē preſumptio in eo cui remittitur duo ſunt. ſcꝫ
dolor de ↄmiſſio et propoſitū de non ↄmittendo. cōtra prim
ē obſtinatio. ſecundū ē finalis īpenitentia. Preterea diſpoſitō
remittēdi in eo cui remittitur duplex ē. ſ. cognitō veri et amor
boni contra primū ē impugnatio veritatis agnite. cōtra ſecun
dum inuidentia charitatis ſuperne. de finali penitentia. nota
ꝙ ſi diē ↄtinuationis peccati vſqꝫ in finē: ſic in omni peccato
quis decebat eſt finalis penitentia. prout autē eſt vna ſpecies
peccati in ſpiritūſanctū. ſecundū ꝙ hic ſumitur ſic propoſitum
non penitendi.

De peccatis cordis. Capitulū. xxx.

p Eccata cordis ſunt hec. Cogitatio. Delectatio. ↄſen
ſus. deſideriū mali. voluntas peruerſa. infidelitas.
ī deuotio. preſumptio. deſperatio. timor male humi

lians amoꝛ male accendens.ſuſpitio.ira.inuidia.odiū. time
re ſeruiliter exultatō in aduerſis ꝓximi:contemptus paupe
rū vel peccatoꝝ ꝑſonaꝝ acceptio.ꝑfidia.affectus parentū car
nalīū.inepta leticia.ſeculi triſticia.īpatiētia.auaritia.ſuperbia
perplexitas.obſtinatio mali tediū boni.accidia incōſtātia pe
na penitētie.doloꝛ.qꝛ nō facit āplius malū.hipocriſis.amoꝛ
placendi.timoꝛ diſplicendi.verecūdia de bono opere. amoꝛ
priuatus:ſenſus ſingulaſis.ambitio dignitatuꝫ. vane gloria
de bonis nature vł gratie.vel fortune verecūdia de pauperib⁹
amicis ꝯtemptus āmonitionū in miſericordia

De peccatis oris. Capitulū.xxxi.

p Eccata oris ſunt hec. Crebra.iuratio.periuriū.blaſ
phemia.nomē dñi irreuerēter aſſumere.veritatē im
pugnare.de mendatio et vanis alios inſtruere.contra deum
murmurare.irreuerenter horas dicere.detractō.adulatio.mē
datium. vituperiū.maledictio.infamatio. ꝯminatio. impu-
gnatio veritatis agnite.impugnatio charitatis fraterne.ſemi-
natio diſcordie.proditio.falſum teſtimoniū.mala ꝯſilia.deri
ſio.ꝯtradictio obediētie.inuertere facta bona.in eccleſijs pla
citare.ad irā hominē prouocare.reprehendere proximū in ali
quo quod ipſe facit.vaniloquiū.ſtultiloquiū. proferre verba
ociosa.vel ſuperflua vel curioſa.iactantia verboꝝ pollitio.pec
catorum defenſio.clamoꝛ.riſus.cachinn⁹.turpiloquiū.lenoci
niū.cantare cantilenas ſeculares.in cantu diuino magis ſtu-
dere vocē frangere ꝙ̄ deuote pſallere.murmurare. verba ſcu
rilia proferre iniuſta cauſa aduocare. Malū ꝯmendare.

De peccatis operis. Capitulum.xxxij.

p Eccata operis ſunt hec. Gula.luxuria. ebrietas.ſy-
monia.ſortilegiū.violatio dieꝝ ſolenniū.ſacrilegiū
indigne cōmunicare.votoꝝ fractio.apoſtaſia. diſſo
lutio in diuino officio.ſcandalizare ſub malo exemplo proxi-
mū et corrumpere ledere hoīem in rebus vel in ꝑſona.vel in
fama furtū.rapina.vſura.deceptio.ludos videndo iniuſte.ex
actio indebita.Thelonea iniuſta. Auſculatio mala. Jocula-
toribus dare.neceſſaria. ſubſtrahere.ſuperflua ſumere. vltra vi
res proprias quidnā aggredi.conſuetudo peccandi.recidiua
tio.ſimulatio.tenere officiū ad quod non ſufficit vel quod ſine
peccato non agitur.correizare .nouitatē inuenire:maiorib⁹ re
bellare.minores opprimere.derelinquere viſu.auditu.odora
tu.guſtu.et tactu.lucta.oſculis.muneribus.itineribus.nutib⁹
mandatis.ſcripturis.circumſtantias aggrauantes.omittere ꝙ̄
ſunt tempus.modus.numerus.perſona.mora ſcientia etas.
Tentationē preuenire.ſeipſum ad peccatū cogere.

De peccatis omiſſionis. Capitulum.xxxiij

p Eccata omiſſionis ſunt hec. De deo non cogitur ipſ
non timere vel amare. Gratias de beneficijs nō age
re.opera que quis facit ad ipſum referre. De pecca-
tis ſicut debet non dolere ad gratiā percipiendā ſe nō ꝑpara
re. Gratia accepta non vti.nec eam ſeruare ad inſpirationē di-
uinā ſe non conuertere.voluntatem ſuam voluntati diuine nō
conformare. Ad orationes dicendas non attendere oratōes
debitas omittere. Ea que tenetur ex voto vel precepto vel of
ficio negligere.eccleſias et predicationes fugere. Tentationi
non reſiſtere.penitentias iniunctas negligere.et neglectēter fa
cere.et que ſtatim facienda ſunt differre. Bonis proximi non
gaudere.malis non condolere:iniurias non remittere.fide ꝓ
ximo non ſeruare.et beneficijs eius non reſpondere.deliquē
tes non corripere.lites non ſedare.ignorantes non inſtruere.
afflictos nō ꝯſolari.āmonitionibus non acquieſcere.

Explicit liber tertius.
Incipiunt capitula quarti libri.

De incarnatōe xp̄i. Ca.i De ſalutatione angelica. Cap.ij
De reſpōſione virgis. Ca.iij De ſāctificatōe materna.c.iiij
De conceptione diuina. Capitulum v.
De rationibus incarnationis chriſti. Capitulum vi
De mō incarnationis. Ca.vij De vniōe ⁊ nā aſſūpta: C viij
De vtilitate incarnationis. Capitulum. ix
De mirabilibus circa incarnationem. Capitulum. x

De natiuitate chriſti. Cap̄.xi De circūciſione dn̄i. Ca.xij
De baptiſmo dn̄i. Ca.xiij. De plenitudine gratie xp̄i.c.xiiij
De plenitudīe ſapiētie xp̄i. Ca.xv. De merito xp̄i. Ca.xvi.
De voluntate chriſti. Capitulum.xvij.
De defectibus quos chriſtus aſſumpſit. Ca.xviij.
De paſſione chriſti. Ca.xix. De effectu paſſionis xp̄i ca.xx
De cruce chriſti.cap̄.xxi. De deſcēſu xp̄i ad inferos. Cap̄.xxij.
De reſurrectōe xp̄i.cap̄.xxiii. De aſcenſione xp̄i. Capi.xxiiij
De aſcenſu chriſti ad dexteram. Ca.xxv
Expliciunt capitula. Incipit liber quartus.
De incarnatione chriſti Capitulum primum.

ſ
Icut deus eſt rerum principium effectiuum in cre
atione. ſic et refectiuum in redemptione. Et per-
fectiuum in retributione. quoniam ſicut pater om
nia creauit per verbū increatum: ſic omnia recrea
uit et renouauit per verbum incarnatum. Porro circa incarna
tionem chriſti talis fuit ordo. Salutatio angelica. reſponſio v̇
ginis. ſanctificatio materna. conceptio diuina. de quibus nūc
per ordinem eſt agendum.

De ſalutatione angelica. Cap̄.ij.

m
Iſſus eſt angelus gabriel qui fuit de ordine archā
gelorū ad beatā virginē cui apparuit viſione corpo
rali qͣuis loqueretur locutione ſpirituali. ad illud
notabile ſacramentū nuntius debuit eſſe angelus ꝓpter tria.
Primo propter cognitionem virginitatis ad angelicam natu
ram. ſecundo propter ordinē perditionis humane. quia ſicut
ibi venit dyabolus in ſerpente ad mulierē. ita hic deus venit
per angelū ad virginē vt ſic ex oppoſito medicina reſpondeat
morbo. et reparatio lapſui et remediū nocumento. tercio qꝛ
ſicut illa gratia fuit reparatio nature humane. ſic fuit et ruyne
angelice. vnde cōi beneficio vtraqꝫ. Nā cōmuniter debuit mi
niſtrare angelica. ſ. ꝛ humana. diuiditur aūt ſalutatio btē v̇gis
in tres ptes. Primā partē incepit āgelus dicēs. Aue.g.p.d.t
b.t.i.m. In ſcdam ſubiūxit helizabeth cū ait. Et bened.f.v.t.

Tertiā appoſuit eccleſia vt in reuerentia nomen marie habe-
retur. nā maria nō ē de textu. Iſta ſalutatio ꝯmēdabilis eſt in
quattuor. Primo ꝓpter auctorē qꝛ miſſus eſt angel9 a deo. Se
cūdo propter nuntiū. nō eni homo fuit dignus nuntiare. ſed
angelus. nec quilibet angelus. ſed gabriel. tertio ab ea qui ſa
lutatur qꝛ virgo. ne qualibet virgo. ſed maria. Quarto ab ip̄o
modo ſalutandi qui indicat innocentiā v̇ginis cū dicit̄ gratia
plena. Itē excellentiā cōceptōis. cū dicitur dn̄s tecū. Itē priui
legiū p̄rogatiue ſingularis. cū dicitur bn̄dicta tu in mulierib9.
Salutationes quedā inueniūtur optatiue ſalutis. ij. reg. xvi.
Salue rex. quedā grē. Apoſto. in pluribus locis gratia vobis
et pax quedā gaudij. Thobie. v. Gaudiū tibi ſemp ſit. quedā
bn̄dictōis. Ruth. ij. Bn̄dicat tibi dn̄s. Hec aūt ſalutatio āge
li ex oībus predictis cōflata videt̄. Continet eīm ſalutē cū dicit
Aue. Itē grām cū dicit grā plena. Itē gaudiū cū dicit dn̄s te
cū. Itē bn̄dictionē cū dicit. bn̄dicta tu ī mu. Preterea ī hac ſa
lutatōe notatur triplex prerogatiua beate virginis. ſ. nature cū
dicit̄. Aue grā. cū dicit̄ grā plena. glīe cū dicitur. bn̄dicta tu in
mu. Nota deniqꝫ ſex in angelica legatōe. Primo qꝫ reueren-
ter beatā virginē ſalutauit cū dixit. Aue.g.p. Secūdo qꝫ excel
lenter. ꝯmēdauit ibi. bn̄dicta tu etc. Tertio qꝫ dulciter ꝯforta
uit ibi. Ne timeas maria. Quarto qꝫ elegāter modū expoſuit
ibi. Spūſſanctus ſupueniet in te etc. Quinto qꝫ diligēter ſuā
legationē ꝯpleuit ibi. Ecce ꝯcipies et pa. Sexto qꝫ ꝯueniēter
prolem naſciturā naturā deſcripſit ibi. Ideoqꝫ quod naſcetur
ex te ſanctū vocabitur filius dei.

De reſponſione virginis. Capitulum. iij.

v
Nos legimus in ſcriptura dyalogos vnū inter euā.
et dyabolū quo mors ꝯcludebat̄ Alterū inter mariā
et angelū quo vita oriebatur. Vide autē tria que fe
cit beata virgo in ſalutatōe angeli. ſ. cogitationē ſeu delibera-
tionē. qꝛ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Interrogationē
qꝛ quesiuit quō fiet iſtud. Conſenſum: qꝛ rn̄dit. Ecce ancilla dn̄i
etc. Nec in deliberatōe fuit ſubita ſicut eua. Nec in interogan
do dubia ſicut zacharias. Nec in ꝯſuetudo tarda ſicut. Sarra

In reſponſione conſenſus beate virginis quattuor verba in-
uenies que quattuor virtutibus maxime redolēt. Ait em̄. Ec
ce quod ē obediētie ꝓ̄pte. Ancilla dn̄i qd̄ eſt humil tatis ꝑ
fecte. Fiat mihi qd̄ eſt charitatis inflāmate. Secundū verbuꝫ
tuū. qd̄ eſt fidei deuote. Septē verba hec loquuta ē beata v̾go
in euāgelio. Primū fuit vinū nō habēt ſcd̄m ibi q̄d feciſti no-
bis. ſic tertiū. Quodcūqꝫ dixerit vobis facite quartū qn̄ ſaluta
uit helizabeth. Quintū. quō fiet iſtud etc. ſextuꝫ. Ecce ancilla
dn̄i. ſeptimū. Magnificat aīa mea dn̄m. Verbū primū fuit pi
etatis. ſcd̄m charitatis. tertiū inſtructionis. quartū. ꝯſolatōis
quintū diſcretionis. ſextū humilitatis. ſeptimū oratōis et gra
tiaꝝ actionis. Et nota ꝙ verba predicta fuerūt breuia preter
vltimum.

De ſanctificatione matrie. Capitulum. iiij

Anctificatio triplex eſt. quedam cōmunis que fit per
ſ
ſacramenta. quedam ſpiritualis que fit per gratiam
ſpiritusſancti. quedam ſpecialiſſima que fit ꝑ gratiā ſingulareꝫ
Prima remouet culpam et confer gratiā remanet tamen fo-
mes. i. pronitas ad peccandū et talis eſt bapaiſmatis. Secun
da remouet culpam et pronitatem peccandi mortaliter. et ta-
lis fuit ſanctificatio Johannis baptiſte et Hiere. in vtero.
Tertio remouet culpam originalem et pronitatem ad pec
candum tam venialiter ꝙ̄ mortaliter. et talis fuit in beata vir
gine. Et ſciendum ꝙ licet gratia ſanctificationis in vtero ſit
maior quantum ad eſſentiam quam gratia ſacramentalis. tn̄
quantum ad aliquos affectus maior eſt gratia ſacramentalis
quia baptiſmus imprimit catharacterem. et aperit ianuam ce
li: et habilitat hominem ad alia ſacramenta. quorum nihil fa
cit ſanctificatio in vtero ex ſe. Veruntamen gratia ſanctifica
tionis in vtero precellit in hoc gratiā baptiſmalem. quia tali-
ter ſāctificatus nō poteſt mortaliter peccare. et ad venialia mi
nus inclinat eum fomes. Preterea minora et pauciora venia
lia cōmittit. et talis grā fuit i iohā. bap. et iō ne inuanū grām
dei i eciꝑ et fugit hoim ſocietatē et artiſſimā in ſe priam tenu

it ne leuis ſaltē maculare vitā famie poſſet. patet igit ꝙ in ſan
ctificatōe i vtero ꝯfertur grā media inf grām ſacramentalē et
grām plene ꝯfirmatōis i patria q̄ hēt ꝯiunctū ſibi finē vltimū
Ad ꝯfirmationē em̄ ꝑfectā tria ꝑtinent. Primū ē inſeparabi-
lis adheſio rationis ad deū. Secūdū ē indeflexibilis ſubiectō
infirmaꝝ potētiaꝝ aīe ſub ipſo rōis. Tertiū ē indiſcōtinualis
ꝯuerſio actualis totius hoīs in deū qn̄ hō diuina dulcedīe af
fectus ex toto corde et ex tota aīa. et ex oībus viribus ſemꝑ
actu tendit in deū et in quodcunqꝫ aliud in quo relucet deus.
Primū hoꝝ hēt gratia ſanctificationis ſimpliciter: vt. ſ. nullus
qui particeps eius fuerit non poſſet peccare mortaliter. Secū
dū habuit beata virgo. et ideo. nec venialiter vnꝙ̄ peccauit ſi
cut dicit. Auguſti. Tertiū autē nō poteſt conuenire gratie vie
eo ꝙ illud ex fruitione dei cauſetur que tantū ē in patria Tres
fuerūt ſanctificationes matris dei. Prima fuit ſanctificatio i
vtero. et hic tres habuit effectus. ſ. originalis culpe expiatio-
nē et gratie infuſionē et fomitis tantā reſtrictionē. vt nō poſ-
ſet immortale peccatū duci: licet fomes maneret ſecundū eſſē
tiā. Secunda ſanctificatio fuit in ſpiritusſancti obūbratōne et
filij dei conceptōe qua tribus premiſſis duo ſemꝑ addidit. ſcꝫ
oīmodā fomitis extinctionē et ꝯfirmationē in bono ita ꝙ q̄
prius poterat tantū non peccare iam non poſſet peccare. Hos
duos effectus expreſſit angelus. Luce. i. Spūſſanctus ſuꝑuēi
et in te quo ad primū. Et virtus altiſſimi obūbrabit tibi. quo
ad ſecundū. Iſta confirmatio non fuit liberi arbitrij ablatio:
ſed eius per gratiā complectio. Preterea ſpiritusſāctus ſuper
ueni in eam non ſolum ad ſanctificandum. ſed etiam ad fecū
dendum cuius virtute virgo cōcepit virgo peperit et v̾go poſt
partum permanſit. Tertia ſanctificatio fuit in filij dei in
habitatione qui nouem menſibus in vtero eius manſit Ex
his omnibus predictis duos effectus addidit. Unus fuit
quod omnes diſpoſitiones fomitis ſublate fuerunt: ſicut
quando morbus curatus adhuc interdum remanerent re-
liquie curande. Secundus fuit dedicatio ad diuina. ita
ꝙ etiam licitis vſibus mundanis ſcilicet naturalibus ap-

tare eam eſſet impoſſibile.quia tunc non ſolum.mens.ſed eti
am corpus luce diuinitatis reſplenduit:vt ſignatū eſt. Ezechi
xliij. Ex predictis collige ꝙ fomes et perſonā infecit et na-
turā. Perſonā quidē quia ad malū pronam facit.et ſtimulat
ad peccatū. Naturā vero quia carnē inficit prout eſt principiū
ad alterā carnē:ſed beata virgo in prima ſanctificatione que
fuit in vtero mundata fuit ab originali peccato in quantum fo
mes reſpicit ad perſonā ſuā.quia nihil in perſona ſua ad pur-
gandū remanſit. In ſecunda vero ſanctificatōe que fuit quan
do ſpiritus ſuperuenit in eam purgata fuit a fomite: prout ip
ſe fomes reſpicit naturā in cōparatione ad prolē propagandā
non opere nature.ſed opere ſpiritus ſancti. Remotus ēm fu
it eſſentialiter propter quod pars ab ea ſeparanda in corpus
chriſti de fomite nihil habuit:ſicut nec mater. Nota ſimiliter
ex predictis et ex ſequentibus ꝙ beata virgo ex prima ſancti-
ficatione excellebat puritate omnes baptizatos ex ſanctifica
tione. Secunda excellebat puritatē Ade quā habuit ante pec
catū per confirmationem excellebat angelos. Quoniam nec
illi creſcere poſſunt in premio ſubſtātiali ſiue eſſentiali.ſic nec
decreſcere.ſed beata virgo proficere potuit in merito.et nō de
ficere puritas matris dei fuit quadruplex:in qua nulla creatu
ra ſibi poterit comparari Prima puritas ſanctificationis ī vte
ro. Omnis enim rationalis creature puritas vel eſt nature.vt
angelus.vel eſt gratie gratis date.vt fuit innocentia primi ſta
tus hominis. vel eſt gratie gratū facientia. et iſta eſt maior
alijs duabus. Unde cum in illa ſpecie gratie ſanctificatio ma
tris dei fuerit ſuppręma patet ꝙ vincit puritatem omnis pu-
re creature. Secunda eſt puritas innocentie in vita in
qua ſimiliter omnes excellit.quia beata virgo vixit ſine om-
ni peccato.et hoc oportuit eſſe maxime gratie que non ſolum
ipſius naturam perficeret:ſed eam ſupra legem nature corrup
te extolleret Tertia eſt puritas virginee caſtitatis in qua excel
lit et angelos et homines. Angelos quidem quia ſecundum
Hiero.hec retinuit virtutē caſtitatis quod fuit in angelis neceſ
ſitatis nature. Item excellit homines in hoc.quia primū exē-

plar fuit huius integritatis.ps.xliiij. Adducentur regi virgīes
poſt eam. Preterea oſtenditur illud alia ratione quia ſumma
eſt hec puritas que potius poteſt ſumi contrarium ſe cum pa-
ti q̄ꝙ poſſit violari.et talis fuit virginitas domine noſtre q̄ gau
dium matris habet cum virginitatis honore.ideo nec primā
ſimilem viſa eſt nec habere ſequentem. Quarta eſt puritas ſā
ctificationis ex ſuperuentione ſpiritusſancti et preſentie dei ī
qua excellit omnē creaturā Cum enim eſſe matrē dei ſit digni
tas ſuperior que pure creature cōmunicari poſſit neceſſe ē gra
tiam ad hoc diſponentē eſſe maiorē omni gratia pure creatu
re. Oportet ergo priuilegium ſanctificationis ſue in hac parte
omnē ſanctificationē excedere aliorum

De conceptione diuina. Capitulum. v.

m Ox virgo beatiſſima aſſenſum angelo prebuit di-
cens. Luce.i. Fiat michi ſecundū verbum tuum.
Spiritusſanctus ſuper eam veniet.ac filium dei cō
cepit. Hec autem tria ſimul fuerunt tempore non natura
tunc impleta ſunt preambula figurarum et documenta ſcrip-
turarum et deſideria prophetarū propter ꝙ eſſet aduentꝰ chri
ſti dicitur plenitudo temporis . Quare autē chriſtus nec prius
nec poſterius venerit non nulle ſunt rationes. Prima eſt vt
ordinē vniuerſi deus non turbaret. ſingula namq; fiunt ſuis
temporibus quāto magis in maximo dei opere.ſ.filij incar-
natione. Secunda ne fides et ſpes de promiſſa incarnatio
ne et nimis tardata perirent. Si enim tardaſſet venire quot-
tidie decreuiſſēt homines in fide et tepuiſſent.ſed prius veni
re non fuit neceſſe..quia non prodeſt medicina ſpiritualis ſine
affectu recipientis. Tertia eſt vt ſupreme infirmitatis
culpe immediate ſuccederet melioratio ſicut ſummum dolo-
rem acute febris ſanatio. Quarta vt homo lege naturali et
ſcripta conuinceretur.ſicut ait augꝰ.quia ſi ſtatim veniſſem di
ceret homo quia per legem naturalē ſaluari poterat.et ſupflu
um crederet aduentū chriſti. Similiter dicere poterat de lege
ſcripta.ſed comperto ꝙ nec ſic nec ſic ſaluari poterat.tunc ve-
nit ipſe.quia tunc erat tēpus miſerendi Quinta vt ſicut primꝰ

homo conditus fuit ſerta die ad totius mundi complementū·
ſic ſecundus homo fieret in ſexta etate ad totius creature per
fectionē. ſexta enim etas apta eſt ad exercinium ſapientie. ad
remiſſionem culpe: ad meritū vite eterne. et ad tranſitū de ſta
tu miſerie ad ſtatum glorie. et iſta notantur in ſexta etate rati
one perfectionis ſenarij. vi. quia xp̄s nō debuit venire ī prici
pio temporis. quia aduentus eius nimis fuiſſet feſtinus. nec
in fine vltimo. quia tunc nimis fuiſſet tardus: ſed decebat ſal/
uatorē inter tempus morbi: et tempus iudicij introducere tē
pus remedij. Septima quia decebat ducem perfectū tunc ſe
oſtendere cū eſſet oportunitas currendi ad brauiū. hoc eſt in
fine temporꝝ. et tamen ante terminū. vt per timorē iudicij ſti/
mulati per ſpem premij attracti: et per exempli perfectionem
animati ſequi poſſemus efficaciter ducem noſtrū. Octaua
quia decebat mediatorem quoſdam membrorꝝ ſuorꝝ ipſū pre
cedere quoſdā ipſū ſequi. Incarnationē chriſti multe figure
preceſſerunt et prophetie de quibus aliquas aſſignem? Abra
am deſcendit in egyptum vt peregrinetur ibi. lapis preciſus ē
de monte ſine manibus. Fluuius egrediebatur de loco volup
tatis ad irrigandū paradiſum. Sapientia edificauit ſibi do/
mū: excidit colūnas ſeptem. Thronū fecit ſibi. Salomon de
ebore grandē. Nouum faciet dominus ſuper terram. femina
circundabit virū. Jonas in mare proijcitur et mare ſedatur
Stillabunt montes dulcedinem. Deſcendi in ortum nucum.
vt viderem poma conuallium. Vellus gedeonis rorificatur.
Manna ſeruatur in vrna aurea Virga aaron floret. Flos de ra
dice eiua aſcendit. Emittitur columba de archa noe. Mittitur
lignū in aquas marath. Paradiſus plantatur. Moyſes poni/
tur in piſcellā cyprcā. Iſrael induit Joſeph tunica polimita.
In ſole poſuit tabernaculū ſuū. Duo viri ferunt in vite boto/
rū de terra promiſſionis. Mittitur ioſeph in ciſternam. Vrbs
fortitudinis noſtre ſyon. ſaluator ponitur in ea murus. Emit
te agnū dn̄e. Rorate celi deſuper. et nu. plu. iu. Aſcēdet dn̄s
ſuper nubē leuē. Miſericordia et veri. obſ. Hēma carbuncu/
li in ornamēto auri. Simul in vnū diues et pauper. Ego pri/
mus et nouiſſimus in charitate perpetua dilexi te. mittit Da
niel in lacū leonē. apparet in camino. quartus ſimilis filio ho
minis. Vmbra deſcendit in horologiū. in gradibus. Ignis
apparet in rubo non cōburens. Ezechi. xxxij. Solem nube
tegā. Quid lucidius ſole. et hic deficiet. ps. xviij. A ſummo
celo egreſſio eius.

De rationibus incarnationis. Capitulū. vi.

p Er verbū igitur incarnatū facta eſt humani generis
reparatio non quia aliter ſaluari non poterat: ſʒ quia
nullus alius modus fuit ita congruus ipſi reparato
ri et reparabili ac reparationi. Congruebat inq̄ iſte modus
reparatori quē decebat ſuā potentiā ſapientiā et bonitatē oſtē
dere. Quid autem potentius q̄ coniungere extrema ſumme
diſtantia. hoc eſt creatorem et creaturā. Magna enim potē/
tia fuit in coniunctione diſparium elementorꝝ. Maior in coniun
ctione illorꝝ ad ſpiritū creatū. Maxima in coniunctione iſtorū
omniū ad ſpiritū increatū. vbi et maxima diſparitas ē. Quid
vero ſapientius q̄ꝙ ab perfectionē totius vniuerſi fieret cō/
iunctio primi et vltimi: hoc eſt verbi dei quod omniū principi
um et humane creature que in operibus ſex dierū fuit vltima
omniū creaturarꝝ. Quid etiam beniuolentius quā ꝙ creator re
rum communicare ſe voluit rebus creatis. Et hec be nigni/
tas magna fuit in cōmunicatione ſui omnibus rebus per pre
ſentiam maior. quia cōmunicauit ſe bonis per gratiā maxia.
quia cōmunicauit ſe bonū per vnionē. et per conſequens gene
ribus ſingulorꝝ in vnitate perſone. Fuit etiā iſte modus ꝯgru
entiſſimus ipſi reparabili: quia homo per peccatū corruit in in
firmitatē et ignorantiā et malitiā per que ineptus factus ē ad
diuinā virtutē imitandā et ad veritatē cognoſcendā. et ad bo
nitatē diligendā. Ideo deus factus eſt homo per quod ſe red
didit homini imitabilē. cognoſcibilē. et amabilē Fuit etiā iſte
modus congruentiſſimus noſtre reparationi. quia dn̄s in for
ma ſerui procurauit ſalutē ſerui. Sunt et alie ratōes quare fu
it cōueniēs deum incarnari: Prima ē ꝙ preuaricator abſtulit
nobis deū. vnde ꝯueniēs fuit vt reparator redderet nobis de

um. Secunda qꝛ humilitas decuit deum: ſed nõ potuit humi
liari vſqȝ ad penas inatura diuina. oportuit ergo ꝙ i alia ter
tia vt prophetias impleret. Eſa. lij. Ego qui loquebar ecẽ adſũ
Abacuch. ſecũdo. Apparebit in fine et non mentietur ſi mo/
ram fecerit expecta eum. quia veniens veniet. Ut ſcilicet doce
ret potius vincere per iuſtitiam quam per potentiam. Quarta
propter vitandũ inconueniens. quia ſi deus incarnari non po
tuit. vel neſciuit vel noluit videtur eſſe in eo ĩpotentia vel igno
rãtia. vl' ĩuidia qđ abſit. Quĩta vt eẽt hũilitas ĩ redẽptore quã
ta fuit ſupbia ĩ p̃uaricatore qꝛ ſupbia tanta fuit vt homo vellet
eſſe vt ds. vñ hũilitas tãta debuit eẽ vt ds fieret hõ. Sexta
vt noſtrũ amorẽ excitaret et noſtram ſpem erigeret. Septima
vt exemplũ imitande virtutis nobis daret in forma viſibili et
humana. Quãuis opera trinitatis ſint indiuiſa. ita ꝙ quicq̃d
operatur vna perſona operetur et alia tamen ſolus filius acce
pit carnem et non pater vel ſpiritusſanctus. Et habemus exẽ/
plum in tribus domicellis induentibus tertiã ipſaꝝ de quibꝰ
poteſt dici quicquid facit vna facit alia vna tamen ſola indu/
itur. Eodẽmodo dicendũ ꝙ incarnationis opus quandoqȝ
attribuitur patri vt ibi. Ad vbi venit plenitudo temporis mi
ſit deus filiũ ſuũ. quandoqȝ attribuitur filio vt ibi. Exiui a pa
tre meo. et veni in mundum. quandoqȝ in ſpiritui ſancto. vt ĩ
ſimbolo. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Sed hec ideo di
cuntur quia opus incarnationis fuit maxime potentie. ſapien
tie et bonitatis que tribus perſonis attribuitur. Sunt autem
multe rationes quare filius incarnatus ſit et non pater vel ſpi
ritus ſanctus. Primo vt per eandẽ ſapientiã qua mundũ con
ſiderat fieret reparatio. Secunda vt qui filius eſt in deitate: eſ
ſet filius in humanitate. Tertia ne idem eſſet et pater et filius
ſi pater de homine naſceretur. Quarta quia cõgruentius mit/
tebatur qui eſt ab alio ꝙ̃ qui eſt a nullo. Quinta propter con
firmationem hereditatis promiſſe. ne ſcilicet poſſemus dice
re patri. Domine tu habes filium cui cõpetit hereditas ꝙ̃ ho
mini promiſiſti. Sexta vt patris ergo nos oſtẽderet charitas
Joã. iij. Sic deus dile. mun. vt filiũ ſuum vnigenitum daret

Proficiebat tamen ieſus etiam in ſe cognitione experimen/
tali et ſenſuali. quia ſecundum apoſtolum ad hebreos. Didi/
cit ex his que paſſus eſt obedientiam

De merito chriſti. Cap. xvi

Simul fuit chriſtus viator et comprehenſor ab inſtan
ti conceptionis ſue: extunc enim cepit mereri et frui.
meruit autem inquantum viator non inquantum cõ
prehenſor perfectio et plenitudo meriti chriſti notatur in iſtis
primo quantum ad eum qui merebatur. quia nõ tantũ homo
ſed etiaȝ deus ſecundo quantum ad tempus quo merebatur
quia ab inſtanti conceptionis ſue vſqȝ ad horam mortis. Ter
tio quantum ad id per quod merebatur. quia per habituȝ per
fectiſſime charitatis et per exercitium perfectiſſime virtutis
Quarto quantum ad eũ cui merebatur. quia non tantũ ſibi. ſ
etiã nobis. Omnibus enim operibus qui procedebant ex li/
bero arbitrio meruit ſibi vitã eternã iã habitã et nobis habẽ
dam. Quinto quantũ ad id quod merebatur nobis. quia ve/
niam gratiã. et gloriã. ſtolã quoqȝ carnis et apertionẽ ianue
celeſtis. Ante incarnationem enim chriſti dyabolus hũit ma
nũ attrahantẽ et manũ impellantẽ. Attrahantẽ dico potenter
in culpam. impellantem autẽ ſine obſtaculo ad limbum in pe
nam. ſed chriſtus primam manũ ſuo merito debilitauit ſecun
dam vero penitus amputauit. Igitur immerito chriſti radica
ta ſunt merita noſtra ſiue ſatiſfatoria pene ſiue meritoria vite e
terne. quia nec ob offenſa creationis digni ſumus abſolui nec
imenſitatẽ premij qui deus eſt digni ſumus aſſequi niſi ꝑ me
ritũ hominis dei Sexto quantũ ad id quod merebatur ſibi. qꝛ
licet non mereretur glorificationẽ mentis quã iam hẽbat me
ruit tamen ſibi per humilitatẽ paſſionis accelerationẽ reſurre
ctionis. glorificationis. et dignitatẽ iudiciarie poteſtatis. ſicut
ait apoſtolus ad philip. Scdo xp̃s factus eſt pro nobis obe
diens vſqȝ ad mortẽ. et ſequitur propter quod et deus exalta
uit illum. Quo ad primũ et dedit illi nomen etc. Quo ad ſcdꝫ
vt in nomine ieſu omne genu flectatur etc. Quo ad tertium.
Septimo quantũ ad modũ quo merebatur Dicitur eñi mereri

quis tripliciter.ſ.de indebito faciendo debitum vel de debito magis debitum vel de debito vno modo faciendo debitū alio modo premiſſis duobus modis meruit nobis et non ſibi quia non poterat facere ſibi de indebito debitū vel de debito magis debitū cū a principio fuerit ſanctiſſimus nec i ſanctitate potuerit perficere. Tertio modo meruit ſibi. qꝛ bonū glorie quod ſibi fuit debitū per gratiā vnionis fecit ſibi debitum alio modo.ſ.per virtutē bone operationis.meruit eni ſibi vitam eternā iā habitā ſicut nobis habundam.

De voluntate chriſti  Cap.xvij

tem dedit. Uirtus eſt bona multipliciter. Primo in ſe: quia ſi/
cut ait Auguſtinus. virtus eſt bona qualitas mentis Nam
bona poſſeſſio ē que propiqua eſt ciuitati. hoc autem eſt intra
ciuitatem quia in anima. Secundo in cōparatione. Heb. xiij.
Optimum eſt gratia ſtabilire cor. Tertio in operatione: quia
bonum facit hominis opus quod non eſſet meritoriū niſi ex
virtute procederet. Grego. Nihil habet viriditatis ramꝰ boni
operis niſi manſerit in radice charitatis. Quarto in commu/
tatione: quia de lupo facit agnum et tenebras conuertit in lu
cem. Malum enim culpe in bonum gratie commutat. Quin/
to in diſtinctione: quia per virtutes diſtinguntur filij dei a fi/
lijs dyaboli. Iohan. xiij. In hoc cognoſcent omnes ꝙ diſci/
puli. m. e. ſi. di. ha. ad inuicem. Sexto in exemplificatione.
quia omnes ſancti ſtudebant virtutibus. Unde commen/
damus in Abel innocentiam. In Abraam obedientiam In
Moyſe manſuetudinem. In dauid humilitatem. et ſic de ali/
is. Laudabilis eſt virtus propter multa. quia magne di/
gnitatis. Chriſtum enim doctorem habuit. Unde Mathei. xi
Diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde Quia magne
ſublimitatis. Tullius. Uirtus vna eſt altiſſimis defixa ra
dicibus. Quia magne iocunditatis. p̄s. Ecce q̄ bonum et
q̄ iocundum. Quia magne retributionis. p̄s In cuſtodiēdis
illis re. mul. Quia magne vtilitatis. Boecius. Nunq̄ ſine pe
na ſunt vitia. et nunq̄ ſine premio ſunt virtutes. Quia ma/
gne ſecuritatis. Tullius. Hoc donum ſapientie eſt vt om/
nia tua ī te poſita eſſe dicas. Commendabilius eſt ſtudium
virtutis ſtudio ſcientie ratione exempli: quia ſancti hoc fece/
runt ratione auctoritatis. apl's. Non in ſermone eſt regnum
dei ſed in virtute: Prima Corinth. iij. Ratione effectus: quia

virtus peccatũ expellit ſcientia non ratione originis. quia vir/
tus a deo infunditur ſcientia per ſtudium acquiritur ratione fi
nis. quia finis virtutis eſt gloria et non ſcientie ratione obie/
cti: quia virtutis obiectum ẽ bonũ: ſcie vero non ratione ma/
terie in qua eſt: quia virtus nõ miſi in filijs dei: ſcia non ſemper
ratione ſecuritatis. qꝛ ſecurius ẽ eſſe bonũ ꝙ̄ eſſe philoſophũ
rõne honeſtatis: qꝛ maior gloria eſt ſequi deũ ꝙ̄ Ariſtotelem
ratione vitandi mali: quia primi parentes ſi extendiſſent ita
manũ ad lignũ vite ſicut ad lignũ ſcientie non incurriſſent tot
mala in ſe et in poſteris ſicut incurrerunt.

De effectu virtutum. Cap. x

Irtutis gaudiũ precellit gaudiũ mundi. ſ. in durati
v one. Prouer. xv. Secura mens quaſi iuge gaudium
ſed gaudiũ hypocrite ad inſtar puncti. Job. xx. In
puritate conſcientie ſicut mundius requieſcitur in floribus ꝙ̄
in luto In dignitate. Hlo. Ad gala. Elatio animi de his q̃ di/
gna ſunt gaudiũ mundi indignus eſt In ſalubritate. Sapien
tie. viij. Nihil vtiliuſ in vita hois. econtra gaudiũ mũdi. Pro/
uer. xiiij. Extrema gaudij luctꝰ occupat ĩ libertate. ad gala. iiij
Qua libertate chriſtus nos liberauit. Peccator autẽ ligatus ẽ
Prouer. v. Iniquitates ſue capiunt impiũ et funibus pecca/
toꝝ ſuoꝝ ꝯſtringitur. In diuina preſentialitate. Aug. Tale bo
nũ eſt deus vt nemini eũ deſerenti bene ſit. ſed nota ꝯtrarium
in malis. Uirtus operatur mira multiplex. ſ. in celo cui vim
facit. Uñ Math. xi. Regnũ celoꝝ vim patitur violenti capiũt
illam. In mundo quia cuſtodit hominem ne combura
tur igne concupiſcentie et ne mergatur in aquis voluptatis.
et ne inquinetur luto incontinentie et ne laceretur ſpinis aua/
ritie. In corde humano quia vulneratum ſanat et inquina
tum mundat. mortuum viuificat. excecatum illuminat. In
inferno quia ignis infernalis non poteſt incendere virtuoſuꝫ
ſicut nec ignis materialis ſalamandram. Uirtus rationa/
lem illuminat ad cognitionem veri concupiſcibilem exci/
tat ad amorem boni. Iraſcibilem confortat ad deteſtationẽ

mali. Item deo aſſimilat quia patri per virtutis vigorem
filio per virtutis ſplendorem ſpiritui ſancto per charitatis fer
uorem. Angelis conformat. Hiero. In carne enim preter car
nem viuere nature eſt angelice non humane. Mentem iocun
dat ornat. ſubleuat. honorat. ſanat. viuificat. cibat. ditat. mun
dat. Item virtus mala preterita expellit preſentia ĩpugnat
in futuris premunit. Item virtus mentem bene inſtituit. di
lectum deo hominem efficit. fructum tam premij ꝙ̄ meriti ad
ducit. temporalia diſcrete diſponit. opera que in ſe indiferẽtia
ſunt bona facit. Sicut ea que dicta ſunt declarant nobis effe/
ctus virtutum generales. ita ſunt ſingularũ virtutum effectꝰ
aliqui ſpeciales. Sicut eſt ꝙ humilitas deo ſubijcit. preſentia
reducit. iuſticia deducit. obedientia conducit. patientia perdu
cit perſeuerantia introducit. puritas iungit. charitas deo vniit

De merito virtutum. Cap. xi

Eritum eſt boni operis efficatia ad obtinendũ il/
m ludquod non habetur vel ad habendum iuſti qđ
habetur vel per meritum de non debito fit debitũ
et ipſum debitum fit magis debitum. Sicut rex dat equũ quẽ
miles non meruit. ſed per vſum equi meretur eundem equũ
iam datum. ad intelligendum predicta ſciendum ꝙ triplex di
ſtinguitur meritum. ſ. congrui. digni et condigni. Meritũ con
grui eſt per quod diſponitur ſubiectum vt poſſit recipere gra/
tiam ſecundum rationem diuine iuſticie. Iſtud vocatur diſpo
ſitio materie. ſ. dum quis facit quod in ſe eſt. Meritum digni
dicit ydoneitatẽ opãtis ad aſſequẽdũ illud qđ meret. Meritũ
cõdigni dicit equalitatẽ meriti ad remunerationem Dico autẽ
equalitatem non ariſmeticam ſed geometricam. i. non quan/
titatis. ſed proportionis. Et hoc patet quia deus ſemꝑ remu/
nerat ſupra meritum ſicut punit circa condignum. Unde non
eſt inter meritum et premium equalis quantitas. ſed propor
tio. quia apud deum non eſt iuſtitia cõmutatiua cum nulli de
beat aliquid ſed diſtributiua. Uocatur autem iuſtitia cõmuta
tiua iuſticia fori qua datur vnus panis pro vno denario. vl' vl
na panni pro ſolido. iuſtitia vero diſtributiua eſt principium

quia diſtribuuntur dona ſecundū proportionem ad merita. et
iſta eſt apud deum. Vñ apoſto. ad ro. iij. Unuſquiſq₃ propri
am mercedem accipiet ſecundū ſuum laborem. dicendū ergo
ꝙ nullus meretur ſibi primā gratiā. ſc₃ merito digni et condi
gni. ſed tantūmodo merito congrui. Similiter exiſtens i cha
ritate non poteſt alteri mereri. primā gratiā merito condigni.
ſed merito digni et merito congrui. poteſt autem exiſtēs i gra
tia mereri ſibi augmentum gratie ex condigno. et per conſe-
quens merito digni et merito congrui prout ſuperius expoſi-
ta ſunt prefati tres modi merendi generaliter habetur Un-
de ſi alij inueniuntur ad eoſdem tres reduci poterunt. Cum
ergo dicitur ꝙ beata virgo meruit portare chriſtum. intelligē
dum eſt comparatiue. i. quia ipſa potius debuit portare quā
alia. vel poteſt intelligi de merito condigni. Item maledicun
tur mereri temporalia: quia nulum bonum irremuneratum.
ſicut nullum malū impunitum: ſed hoc dicitur improprie. quia
opera immortali facta non ſunt directe bona cum non ſint in
formata charitate. tamen quia talia opera aliquid boni habēt
dominus interpretatur ea vt bona et aliquid dat pro eis. Itē
peccator quandoq₃ meretur occaſionaliter. quia pauperes ob
tinent bona interdum benefactoribus ſuis quarum precum
occaſio ſunt elemoſine. Item ſatis improprie ſumitur meritū
vbi dicitur. Felix culpa que talem ac tm̄ meruit habere redem
ptorem. ibi em̄ ponitur meruit pro exigebat

De habilitatione virtutum. Capitulum. xij.

q Uamuis nullus ſibi mereatur primam gratiam ſe-
cundum ꝙ dictum eſt. poteſt tamen peccator ſe ha-
bilitare ad gratiam faciendo quod in ſe eſt: quia nul
li talium gratia denegatur. Hoc autem non eſt ex merito di-
gni vel condigni. ſed congrui Hec vero congruitas multo ma
gis eſt ex parte dei gratiam conferentis. ꝙ̄ ex parte hominis:
ſed ad gratiam habilitantis. quia in preparatione ad gratiā
et in infuſione gratie habet ſe anima admodum materie. ipſe
vero deus vt primum mouens et efficiens. Alia ratōe patet
ꝙ huiuſmodi congruitas eſt magis a deo ꝙ̄ ab homie. quia
habilitatio que eſt ex parte hominis ſolummodo dat locum

diuine miſericordie. vt ſalua iuſticia poſſit alicui conferri gra-
tia. quia iniuria fieret diuine iuſticie ſi tali daretur gratia i quo
eſſet obex. i. voluntas peccandi. Sufficiens igitur habilita
tio ad gratiam eſt. ſi homo facit quod in ſe eſt. Facere autem
quod in ſe eſt tria complectitur. ſcilicet vt homo actum peccā
di: et voluntatem peccandi deſerat et conetur in bonū prout
eſt ſibi poſſibile. Nota ꝙ omne meritum vel demeritum
acquiritur in hac vita. Unde non facere bonum ſed facere be
ne laudabile eſt. Non enim verbis ſed aduerbijs meremur.

De operibus meritorijs Capitulum. xiij

o Pera meritoria totaliter ſunt a gratia. et totalit̄ ſunt
a libero arbitrio: licet principaliter a gratia. quia gra
tia comparatur ad liberum arbitrium. ſicut ſeſſor ad
equum quem dirigit. ita gratia dirigit liberum arbitrium ex-
ercitio virtutum. Per nos enim malum facere poſſumus. ſed
non bonum. Ad efficatiam merendi tria valent. Primū
eſt difficultas operis quod patet im martyrio. Secundum
promptitudo voluntatis. Apoſtolus. i. Corinthi. ix. Hilarem
n. da. d. deus. Tertium eſt magnitudo charitatis. ipſa enim
pondus ſanctuarij ſecundum ꝙ omnia que erant in templo
ponderabantur. Ad hoc quod aliquod opus ſit meritorium
tria requiruntur. Primū eſt ꝙ ipſum opus fiat in charitate
qꝛ opa q̄ fiūt extra charitatē mortua ſūt ſicut carbo extīct⁹. Se
cūdū ꝙ fiat ex charitate m̄lta em̄ fiūt i charitate q̄ n̄ ſūt meri
toria ex eo ꝙ nō fiūt ex charitate. i. qꝛ n̄ referunt̄ ad finē debi
tū. tertiū ꝙ idē op⁹ ſit referibile: ħ iō dico qꝛ mala n̄ pn̄t boa i
tētione fieri alioq̄n ſeq̄ret̄ abſurditas ꝙ idē op⁹ eēt meritoriū
et demeritoriū. Attēdunt̄ aūt tria imerito ex pte hois. ſ. ſbm
ħ ē aia. Itē liberū arbitriū. Itē intētio finis. hiis trib⁹ r̄ndēt tria
ex pte dei. ſ. grā vt⁹. charitas. et grā q̄dē reddit ſbm deo gratū
Virt⁹ aūt habilitat liberū arbitriū. charitas vo dirigit intētionē i
debitū finē. Dicit em̄ aug⁹. ꝙ meritū ꝯſiſtit penes liberū arbi-
triū occaſionalit̄ ħ dicit qꝛ liberū arbitriū facit ad meritū. ſ nō
ſufficit penes virtutē formalit̄ ħ dr̄: qꝛ ex vtute tā ꝙ̄ ex forma
pcedit [illegible]. et elicit̄ de potētia pene vtutū motū eſſētialiter.
hoc dicit. quia motus eſſentialiter ē meritū penes gratiā eſt

aliter. hoc dicit quia ſine gratia nullus motus eſt meritorius
penes opus inſtrumentaliter. hoc dicit quia opus exterius eſt
cauſa inſtrumentalis ipſius meriti. Nota generaliter ꝙ nõ
meremur ſine gratia neqꝫ paſſionibus inquantum paſſiones
neqꝫ motibus nature. Dicit enim philoſophus. Natura neqꝫ
boni neqꝫ mali ſumus neqꝫ inuiti. Aug⁹. Nemo inuitus bene
facit etiam ſi bonum eſt quod facit neqꝫ libero arbitrio liga/
to. Quiſquis enim non habet vſum rationis et liberi arbitrij
non meretur vel demeretur: ſicut ſunt infantes dormientes
inſani et alia bruta.

## De virtute cardinalium et theologicarum Cap. xiiij.

q Uia meritum vel demeritum circa finem actionum
attenditur: ideo nota regulas de hac materia. Ex
fine dicitur actus bonus vel malus. magis act⁹ nõ
fit ex fine bonus Una intentio multos actus informat. Unde
ſi aliquis intendit vnum ſolidum dare pro deo ita ꝙ quoti/
die det vnum denarium ſi quandoqꝫ obliuiſcatur et nõ refert i
deum datione huius denarij tamen datio eſt meritoria ꝓpter
ipſam intentionem primam. Finem ſub fine poteſt quis po/
nere. verbi gratia. aliquis intendit ire ad forũ. et hoc intendit
vt emat medicinas. et ad hoc emit eas vt curetur ab infirmi/
tate et ad hoc curam deſiderat vt deo melius ſeruat. In iſto vl
timo precedentes voluntates omnes ſunt meritorie propter
vltimũ. ſecundum enim vltimũ finem omnes precedentes vo
luntates iudicantur bone vel male: maxime quando priores
actus ſunt indiferentes. Diuerſi fines non ſunt faciendi quo/
rum vnus non ſit ad alium referibilis. verbi gratia. Aliquis
intendit ire ad vnã domũ vt luxurietur. ad hoc vult luxuriari
vt ſanior ſit ad hoc vult eſſe ſanus. vt ſeruiat deo. Iſte finis vl
timus illam voluntatem que eſt luxuriari non informat. ſꝫ po
tius econtra illa voluntas illam intentionem deformat: quia
vna intentio peruerſa plures deprauat voluntates: Nota
ꝙ actio corporalis poteſt referri ad finem tꝑalẽ dũmõ refera

tur poſtmodũ ad deum. Actio autem ſpiritualis vt predixi ñ
poteſt referri ad finẽ temporalem etiam ſi illud temporale re
feratur ad deum. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus. Debem⁹
manducare vt euangelizemus non euangelizare vt manduce
mus. Si autem in actionibus finis proximus ponatur de
us. et finis vltimus. aliquod temporale malum eſt. Bene aũt
licet conſtituere duos fines. ſ. temporalem et eternum: ita ta
men ꝙ eternus ſit finis vltimus.

debem⁹ mãduca re

## Quid mereamur. Ca. xv

o Pera bona ſunt meritoria triũm. ſ. vite eterne. aug/
menti gratie et remiſſionis pene. Primũ. ſ. ſubſtan/
tiale vite eterne. reſpondet radici operis, ſcilicet chari
tati et hoc eſt premium ſubſtantiale vite eterne. Premium
vero accidentale reſpõdet operi ſicut et augmentum gratie. qꝛ
operibus excellentibus et ſupererogationis meremur magis
augmentum gratie ꝙ alij operibus. Remiſſio autẽ pene reſ/
pondet penalitati operis. quia opera que magis ſunt penalia
magis ſunt meritoria remiſſionis pene. Eſt enim regula i the
ologia ꝙ pena pene reſolutoria eſt. Nota igitur ꝙ licet to
ta vis merendi vitam eternam et etiam alia conſiſtat in chari
tate. non tamen totus effectus. quia effectus merendi cõſiſtit
in magnitudine operis. ſicut patet in merito remiſſionis pene
quod non ſolum conſiſtit in charitate: ſed etiam in operibus
penalibus. Et huiuſmodi exemplum habemus in chriſto qui
meruit nobis apertionem ianue paradiſi cum effectu. hoc au/
tem meritum non erat ex ſola charitate. ſed in charitate et ex/
cellentia operis. i. in ſua paſſione. Sciendum eſt ꝙ de pre/
mio ſubſtantiali meretur homo tantum per vnũ actum quan
tum per mille manente eadem radice et non creſcente. valent
tamen opera huiuſmodi ad multa alia. Unde ver. Iocundat
mentem. virtutes ſtabilit meritum. auget. ſ. meritũ acciden
talis premij. peccata remittit quantum ad penam ꝙ dimiſſa ſunt
quo ad reatum per gratiam. Debilitat fomitem. remouet ac/
cidiam. excitat hominẽ in aſſuefactione boni atqꝫ repellit ten
tationes diaboli. Nota ꝙ primã gratiã nullus peccator põt

merreri proprie.et hoc multiplici ratione. Prima quia talis non habet radicem merendi.i.gratiā. Secundo propter ſtatꝰ indignitatem.quia peccator non eſt dignus pane quo veſcitur Tertia quia nullus hominū placet deo niſi placeat ipſe prius et vnde prius reſpexit deus. ad abel ꝙ ad munera eius.vt dicitur. Gen̄.iiij. Quarta.quia naturaliter antecedit cauſa ſuum effectū ſic et gratia cum ſit cauſa meriti,precedit meritū. Ipſa enim ſecundum Augu. Voluntatē noſtrā preuenit vt velimꝰ et ſequitur ne fruſtra velimus gratia ſicut ſupra dictū eſt ꝑ bonum vſum eius et merito condigni.meretur augeri ī via et aucta mereantur perfici in patria. et hoc a deo cuius eſt gratiam infundere.augere et perficere ſecundū cooperationē voluntatis noſtre. Nā ſicut deus eſt ipſius gratie fontale principium influendi ſic ipſe ſolus eſt principiū augendi per modū influētis. Gratia vero per modū meriti et dignitati.ſed liberū arbitriū per modū cooperantis.ſicut liberū arbitriū per gratiā meretur merito condigni augmentū gratie in ſtatu vie. ſic etiam meretur merito condigni ipſius complementū in ſtatu patrie Quare autem mereamur ex condigno vitam eternam. multe ſunt cauſe. Prima eſt efficacia doni ſpiritusſancti cooperantis in merito Secunda veritatis dei promittentis Tertia perſuaſitas liberi arbitrij conſentientis et finaliter perſeuerātis Quarta difficultas ſtatus merendi. Quinta dignitas chriſti capitis noſtri interuenientis quod glorificari debet in membris ſuis. Sexta liberalitas dei tribuentis quem non decet parua reddere. Septima eſt ſibi obſequium fideliter optemperantis. Octaua nobilitas operis quod ex charitate ꝓcedit quod tantum ponderat in ꝯſpectu iudicis quantū amor ex quo procedit.et ideo non poteſt ſufficienter a ſummo bono remunerari. Opera que non ſunt in charitate.i.cum peccato.licet non valeant ad vitā eternā valent tamen ad alia multa Unde verſus. Aptat.ſ.cor ad ſuſceptionē gratie minuit.ſ.penam que deberetur ſi non fieret illud opus non illam que iā debetur.et dat bona terre.ſcilicet temporalia occupat.ſ.ne ſit homo interim ocioſus vel operi malo deditus. Aſſueſcit ſ.

ad bene operandum.delectat.ſcilicet mentem. Mitigat ſcilicet fomitem. Arcet ſcilicet fluxum peccati. Ultimo ſciendum ꝙ nullum malum impunitum.et nullum bonum irremuneratum.

## De diffinitionibus et differentijs virtutū. Cap.xvi

Virtutes ſecundum Macrobiū dicitur quandoqꝫ politice quandoqꝫ purgatorie quādoqꝫ purgati animi quandoqꝫ exemplares. Primas docet ſalomon in prouerbijs. Secundas in eccleſiaſtes. Tertias in canticis. Quartas in deo legimus. Politice namqꝫ dicuntur ſecundum ꝙ regunt vitā humanā quo ad opera exteriora:et ſecundum ꝙ pugnant contra vitia Purgatorie dicuntur ſecundū ꝙ iam ſunt in victoria vitiorū et reſpiciunt partim interiora partim exteriora. Purgati animi dicuntur quando deuictis iam vitijs poſſeſſor virtutum quieſcit raro inſurgentibus primis motibꝰ Exemplares dicuntur que in mente diuina conſiſtunt. Nā idee virtutum in deo ſunt et ipſe rerū omniū eſt exemplar. Ariſtoteles diuidit virtutes intellectuales et conſuetudinales Intellectuales diuidit in prudentiā. Artem intellectū ſcientiam et ſapientiam virtutes morales diuidit in principales que ſunt temperantia fortitudo:et iuſtitia.et in adiunctas que ſūt manſuetudo humilitas.etc Et hic ordinauit nos ad deū.quia philoſophia regit affectū.intelligentia intellectum.ſed freneſis vtrūqꝫ.prudentia enī ſpiritus regit cogitationes et affectiones. virtutes vero conſuetudinales diuidit in honeſtatem et liberalitatem. Hec duo ordinant nos ad hominem.quia honeſtas ordinat hominē quo ad ſeipſum liberalitas quo ad ꝓximū. Item philoſophia moralis diuiditur in ethicā hiconomicam et politicam. harum prima mores quo ad ipſū hominē ſiue quod ad ſeipſum inſtruit. Secunda familiā diſponit. Tertia vrbes et regna gubernat et regit. Circa virtutes hoc tenendum eſt cū ſit vna gratia gratificans animam.ſep-

tem tamen ſunt virtutes quibus humana vita regitur tres q-
dem theologice et quattuor cardinales. et licet he virtutes ſint
gratuite per informantē poſſunt tamen fieri informes per cul
pam. et iterum informari per penitentiam adueniente. gratia
que eſt habituū virtus origo finis et forma. Nam cum habi-
tus alias virtutū habentur ſine gratia et charitate in quib⁹ cō
ſiſtit vita virtutū dicuntur informes. Cū autē gratia superue-
nerit. tunc formantur et decorantur et deo fiunt acceptabiles.
Unde virtutes informes ſunt ſicut colores in tenebris. et ſi-
cut carbones extincti et ſicut rami aridi et ſicut ale mortue. et
ſicut aurum obſcuratū: et ſicut gēme conuerſe in ſilices. Cō-
tra virtutes formate ſicut colores ſunt in luce viſibiles quidē
aſpectui cōplacentes. et ſicut carbones ardentes. et ſicut rami
virentes. et ſicut ale videntes ac valentes. et ſicut aurū fulgēs
et ſicut gēme vas aureū decorantes. Differentia eſt inter virtu
tes et precepta et dona. et fructus. et beatitudines. quia virtu
tes potentias diſponunt precepta opera reſpiciūt dona virtu
tibus perfectionem addunt fructus ſpiritui ſiue guſtui ſapo-
rem ſpiritualem apponunt beatitudines ipſis virtutibus ſta-
tum ſiue vie ſiue patrie contingunt. Alia eſt differentia: q2 vir
tutibus bene operamur donis expedite beatitudinibus per-
fecte operamur ſed fructibus fruimur deo.

De differentia virtutum cardinalium
et theologicarum Ca. xvij.

d Ifferentia virtutum theologicarum et cardinalium
hec eſt: quia theologice mouent ad finem. ſed cardi
nales mouent ad ea que ſunt ad finem. Alia differē
tia eſt. quia theologicarum virtutum finis et obiectum eſt ipſe
deus et non obiectum determinatū proprie Item virtutes
theologice habentur per effuſionem. cardinales vero per acq
ſitionem. Item theologice mouent ad opera ex rationib⁹
ſumptis a iure diuino. ſed cardinales a iure naturali Itē vir
tutes theologice attenduntur quantum ad actus: interiores
cardinales vero quantū ad opera. exteriora. Item theolo-
gice non habentur ſine donis. cardinales vero haberi poſſūt
ſine donis. Item theologice ſunt diſcretiue actuū in deum
cardinales vero in proximū. Item in theologicis ſic eſt ꝙ
habitus generat actus. ſed i cardinalibus eſt econtra. quia ibi
actus generat habit⁹. Unde philoſophus. Quales inquit ſūt
actus. tales ſunt habitus.

De virtutibus theologicijs in genere Cap. xviij

a Nima quantū ad ſuperiorē partem in qua conſiſtit
ymago trinitatis rectificari habet per tres virtutes
theologicas. vnde ſicut ymago creatoris conſiſtit in
trinitate habituū cum vnitate gratie. ſic per hos tres habitus
virtutum aīa fertur in ſummā trinitatē ſecundū tria appropri
ata tribus perſonis. ita ꝙ fides dirigit in ſumme verū creden
do et aſſentiendo. Spes vero in ſumme arduū innitendo ⁊ ex
pectando. charitas autē in ſūme bonū deſiderando et aman-
do. Uirtutes theologice differunt inter ſe multipliciter Pri
mo ſecundū actus proprios. Nam fides facit deo aſſentire
ſpes in deo confidere. charitas facit deū amare. Secundo
differunt ratione ſubiecti: quia fides eſt in rationabili ſpes.
in iraſcibili. charitas in concupiſcibili. i. ambe ſunt in volunta-
te que propter ſimilitudinē actuum accipiūt nomina harū po-
tentiarum. Tertio differunt ratione obiecti. Nā fides eſt circa
verū. ſpes circa arduum: charitas circa bonū. Quarto ratione
effectus. Nam fides in preſenti deū ſequitur. ſpes in celū co-
mitatur. Charitas perhenniter amplexatur. Quinto differūt
ratione finis. quia per fidem cognoſcitur deus vt veritas. per
ſpem habetur. vt eternitas. per charitatē diligitur vt bonitas.

De fidei vtilitate. Cap. xix

f Ides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumen-
tum non apparentium ſecundū apoſtolū ad Hebre.
ij. In hac diffinitione fides dicitur ſubſtantia. i. fun-
damentum ſubſtans edificio ſpirituali quod eſt gratia et glo-
ria: ipſa namq3 fides facit aliqualiter res ſperandas in nobis
ſubſiſtere per gratiam et faciet tandem per gloriam. quia ipſa

eſt primus habitus virtutum primus dico non tempore ſ; na
tura. Rerū ſperandarū dicitur quia fides per aſſenſum facit in
nobis ſubſiſtere res ſperandas. Argumentum dicitur.i.argu
ens mentē: quia fides inclinat intellectum ad credendū id qđ
non apparet: et propter hoc dicitur potius argumentū ꝙ con
cluſio. quia fides probat de non apparentibus ꝙ fit et nō pro
batur. Non apparentiū dicitur. quia fides ſua virtute et lu-
ce manifeſtat ea que non apparent tam preterita ꝙ preſentia
et ꝙ futura. preterit quidē quia ſecundum apoſtolū ad hebre
os.xi. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula: preſentia vero ſi-
cut ait auguſtinus. Demus deo aliquid poſſe: et nos intellige-
re non poſſe. Futura autem: quia per fidem credimus reſurre
ctionem mortuorum et huiuſmodi. Fides dicitur multiplici
ter.ſ. habitus informatus charitate illuminans mentē ad cre-
dendum. actuū.xv. Fide purificans corda eorū Equalitas in
firmis. Jac.ij. Fides ſine operibus mor.eſt. Motus fidei. aug.
Fides eſt credere ꝙ non vides facilitas credendi. Math.viij.
Non inueni tantam fidem in iſrael. Deuotio fidei. Math.xv.
Mulier magna eſt fides tua. articulus fidei. Unde in ſimbo-
lo attanaſij. Hec eſt fides catholica vt credamus et confitea-
mur. Sicut in aliqua ſcientia quedam ſunt antecedētia vt ſup
poſitiones: quedam vero conſequentia vt ꝯcluſiones. quedā
quaſi media. vt propoſitiones probantes. Jta in doctrina fi
dei quedam ſunt ibi ad modum ſuppoſitionū et vniuerſalia:
antecedentia articulos.i. ꝙ ſcriptura ſit condita et expoſita in
ſpiratione ſpiritusſancti. Et ꝙ vera ſunt que loquitur domin9
in ſcriptura per ſanctos ſuos. et huiuſmodi. quedam ad mo-
dum concluſionū vt ea que ad mores pertinent. ſcilicet forni-
cationem eſſe mortale peccatū et huiuſmodi. quedam ad mo
dum propoſitionū. vt articuli fidei. Et nota ꝙ fides eſt quaſi
media inter oppinionē et ſcientiam: quia opinio ſe habet ad
vnam partem contradictionis cū fortitudine alterius partis et
ſine cauſe cognitione. Scientia vero ſe habet ad aliam par
tem contradictionis ſine fortitudine relique et cum cauſe co-

gnitione. ac per media neceſſaria. vnde ſcientia eſt neceſſario-
rum. et ita patet ꝙ fides participat cum vtraqȝ. Ad fidei ꝑ
fectionem ſeptem pertinent. Primum eſt ꝙ prime veri-
tati innexa ſicut fides. Moyſi qui ſe negauit filium filie pha-
raonis. magis eligens affligi cum populo dei ꝙ temporalis
peccati habere iocunditatem. Secundum eſt ꝙ ſit charitate
formata ſicut Magdalena quā fides ſaluam fecit. et cui dimiſ
ſa ſunt peccata multa quoniā dilexit multū. Tertium eſt ꝙ ſit
deuotione feruida ſicut illius mulieris cui dixit dominus. O
mulier magna eſt fides tua. Mathei.xv. Quartum ꝙ ſit
bonis operibus probata. ſicut fides cornelij. Quintum ꝙ
ſit fortitudine roborata. ſicut fides Stephani Laurentij et ali
orum martyrum. qui per fidem fortes facti ſunt in bello. Sex
tum ꝙ ſit obedientia decorata. ſicut fides abrae. Septimū
ꝙ ſit humilitate ſubiecta ſicut fides beate virginis que ait.
Luce.i. Ecce ancilla domini Nota ꝙ fides magis innititur
auctoritati ꝙ rationi. quia ſecundū gregoriū. Fides nō habet
meritum cui humana ratio perhibet experimentum. intellige
ſufficiens. Quis enim fides rationibus firmetur. tamē nec ta
libus nec experimento ſenſibili debet quis credere contra fi-
dem ſicut patet in eucharistia vbi et viſus. et guſtus. et tactus
dicit eſſe panem et vinum. ſed fides dicit eſſe corpus et ſangui
nem domini noſtri ieſu chriſti Unde auguſtinus Quod
intelligimus debemus rationi. Quod credimus debem9 au-
ctoritati: quod opinamur debemus errori. Nota ꝙ du-
plex eſt cognitio de deo. ſcilicet naturalis. et accidentalis.
Naturalis congnitio duplex eſt. ſcilicet ante peccatum
qua homo cognoſcebat aperte deum in creaturis. et poſt pec
catum. et hoc eſt per ſpeculum in enigmate. Accidentalis
congnitio triplex eſt. Prima eſt acquiſita per rationes na
turales ꝙ habuerunt philoſophi. et hec dicitur ſcientia. Se-
cunda eſt q̄ habetur teſtimonij ſcripturarum et miraculorum et
hec cognitio dicitur fides informis. Tertia ē que habet ꝑ in-

fuſionem gratie gratum facientis. et hec dicitur fides forma
ta. et per talem cognitionē aſſentit aīa prime veritati propter
ſe. et ſuper omnia. Unde ea adueniente pereunt omēs alie co
gnitiōes accidentales ad minus quo ad actū. Cū enim alie co
gnitiones veniunt in anima. tunc fides tanꝙ velocior preoc
cupat motus oīm. Cum fides ſit non de apparentibus et dif
ficile ſit occulta credere. duo ſunt neceſſaria ad hoc vt firmiter
credatur. Primū eſt illuſtratio veritatis animas eleuans. Se
cundū eſt rectificatio auctoritatis inſtruentis animā quorum
primū eſt per fidē. ſecundū eſt per ſcripturam autenticam. et
per ſpiritū ſanctum editā. Auctoritas ergo probet fulcimētū
fidei et fides aſſētit auctoritati: vtrūqꝫ vero per chriſtum ē pro
pter quod et ſplendor et verbum dicitur. quia mentē per fidē
illuminat et veritatē per doctrinā oſtendit. Hoc quoqꝫ ſcien
dum eſt ꝙ vna eſt fides tantū tam in preteritis ꝙ in pñtibus
et futīs. lꝫ magis clara ſit ī eis et explicita qui ſequūtur chriſtū
quā in eis qui preceſſerunt eius aduētum. ſicut nouū teſtamē
tum clarius eſt ꝙ vetus. Quod enim nos credimus eſſe factū.
antiqui patres credebāt eſſe futuꝝ. exceptis iſtis qui adhuc re
ſtant cōplenda. ſicut eſt reſurrectio mortuoꝝ et iudicium extre
mū. et remuneratio bonoꝝ et punitio reproboꝝ

De effectu fidei. Cap. xx.

Ides multa bona facit. ſ. hominē ſaluat. vnde dictū
f eſt. Magdalene. fides tua te ſauā fecit. Mentē pur
gat. Actu. xv. fide purificans corda eoꝝ. Contra mū
dū pugnat. Hebre. xij. Sancti per fidē vi. ꝛc. Poſtulata impe
trat. vnde illud. O mulier magna eſt fides tua fiat ſicut petiſti
Perſeuerantiā dat apoſtolus. Tu autē in fide ſtas. Tempo
ralia contemnit. hebre. xi. fide moyſes grandis effectus eſt ne
gauit ſe filiū eſſe filie pharaonis. Iuſtificat. Ro. iiij. Credidit
abraam deo ꝛc. eſt ei adiu. Beatificat. Io. xx. Quia vidi
ſti me tho. credidiſti. b qui nō vi. et cre. Super fundamentum
fidei quidam edificant aurū contemplationis. quia qui cōtem
plantur ſine fide quaſi videntur videre ſolem ſine oculis Qui
dam argentum predicationis: quia qui predicat ſine fide non
loquitur cū ſecundum deū eſſe fidelem ſermonē. quidā lapi
des precioſos bonoꝝ operum: quia qui bene operatur ſine fi
de eſt. ſicut qui facit ſtructuram ſuper arenā. Itē alij edificant
ligna. ſ. amorem ardentiorē tēporaliū. Alij fenū. ſ. fumū dele
ctationū carnaliū. Alij ſtipulam ſcilicet ocioſoꝝ verborum et
operū infirmoꝝ. Iſti quidem ſaluantur merito fundamēti. ſic
tamē quaſi per ignē purgatorij exuretur edificiū non ydoneū
tanto fundamento. fides habet quoſdā effectus eſſentiales
et principales. vt eſt facere filios dignos vita etna ꝛ facere ſi
miles deo ꝛ purgare aīam a tenebris peccati ſiue infidelitatis
Iſti effectus ſūt a deo. alios habet effectus voluntarios et ſe
cūdarios. vt eſt credere et diligere opera aliaꝝ virtutū etiā impe
rare omnibus ſuo modo. Et iſti effectus a libero arbitrio ſunt

De articulis fidei. Cap. xij.

I reſpectus habeatur ad eos qui ſimbolum edide
ſ runt: tunc articuli ſunt duodecim ad numerū duode
cim apoſtoloꝝ. Si autem conſideremus que radica
liter ſunt credenda. tunc articuli ſunt quattuordecim. quorum
ſeptē ſpectant ad diuinitatē et ſeptē ad chriſti humanitatē. et
hec ſignata ſunt in ſeptem ſtellis et in ſeptē candelabris aure
is: in quoꝝ medio filius hominis ambulabat. Sunt ergo ſep
tem articuli fidei qui pertinent ad diuinitatē. Primus eſt cre
dere vnū eſſe deū qui ibi notatur. Credo in deum. Secūdus
eſt patrem eſſe deum ibi. Patrē omnipotentē. Tertius eſt fili
um eſſe deū ibi. Et in ieſum chriſtum filium eius. Quartus ē
ſpiritūſſanctus eſſe deum ibi. Credo in ſpiritūſanctū. Sic pa
tet ꝙ predicti quattuor articuli ſunt de vnitate diuine eſſentie.
et trinitate perſonarum. Quintus eſt credere remiſſionē pecca
torum hiis qui ſunt in eccleſia ibi. Sanctā eccleſiam catholicā
ſanctoꝝ cōmunionem remiſſionē peccatorum. Sextus ē mor
tuoꝝ reſurrectionē. Septimus eſt credere bonoꝝ remuneratō
nem. ſub quo ꝯprehenditur et malorum punitio ibi Uitam

eternam. Et iſti tres articuli ad diuinitatem pertinent: quia virtute diuinitatis fit peccatorum remiſſio que eſt anime viuificatio et corporum reſurrectio. atq corporis et anime ſimul glorificatio. Alij ſeptem ſunt qui pertinent ad humanitatem chriſti. Primus eſt credere filiũ dei eſſe conceptum de ſpiritu ſancto ibi. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secundus eſt filium dei natum ex maria virgine. ibi Ex maria virgine. Tertius filium dei pro nobis mortuum in cruce ibi. Paſſus ſub pontio pylato. cru. mor. et ſe. Quartus eſt filium dei aſcendiſſe ad inferos. ſecundũ aiam ibi. Deſcendit ad inferna. Quintus eſt filium dei ſurrexiſſe a mortuis. ibi. Tertia die re. a mor. Sextus eſt eundem aſcendiſſe ad patris equalitatem ibi. Aſcendit ad celos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimus eſt filium dei iudicaturum viuos et mortuos ſiue bonos ſiue malos. ibi Inde venturus eſt iudi. vi. et m. Iſti quatuordecim articuli colliguntur ex ſymbolo quẽ apoſtoli ediderunt. articulũ primũ et ſecundũ de diuinitate poſuit Petrus. Tertiũ. Andreas. bartolome⁹. quartũ quintũ Symon. Thadeus ſextus ſeptimum. mathias. Item primum articulum de humanitate chriſti. poſuit iacobus maior. ſcdm et tertiũ Johannes. quartũ Thomas. quintũ Matheus. ſextum. Jacobus minor. ſeptimũ Philippus. Tria ſunt ſymbola. Primũ apoſtolorum. ſecundũ niceni concilij. tertiũ athanaſij. primũ factũ eſt ad fidei inſtructionẽ. Secundũ ad fidei explanationẽ. Tertiũ ad fidei defenſionem. Nota ꝙ aliud eſt credere deũ et aliud credere in deum et aliud credere deo. quoniam credere deũ eſt credere ipm eſſe. credere autẽ in deum ẽ credendo ipſum amare et credendo in deũ ire: ac membris eius incorporari. Credere vero deo ẽ credere verbis eius.

De ſpe. Ca. xxij

S
Pes eſt certa expectatio future beatitudinis ex dei gratia. et meritis proprijs proueniens. In hac diffinitione nõ ſumitur certitudo rationis. quia plene vni parti conſentitur. ſed certitudo opinionis qua vnice parti conſentitur. quia ratione probari videtur. nec tamen omnino: ſed cum formidine. Hoc autẽ expectationis cauſa principalis eſt gratia dei et non noſtra merita. quia opera noſtra non ſũt meritoria niſi ex dei gratia. ſine meritis tamen ſperare aliqd non eſt ſpes. ſicut ait Grego. ſed preſumptio in predicta diffinitione diffinitur motus ſpei et non virtus. ſed virtus ſpei diffinit ſic. Spes eſt audacia mentis de largitate dei accepta habẽdi vitam eternam per bona merita. Inter fidem et ſpem talis eſt differentia. Fides enim eſt de preteritis et futuris. Spes autẽ de futuris tantum. Fides de bonis et malis. Spes autem de bonis tantum ẽ. Fides de bonis tam ſibi ꝙ alijs eſt. Spes autem de bonis ſibi tantum. Conueniunt tamen in hoc ꝙ tam fides ꝙ ſpes eſt de inuiſibilibus. Certitudo ſpei oritur ex tribus. ſ. ex diuina largitate. ex abundantia meritorũ. et ex pregustatione eternorum. Nota ꝙ ſpes prout eſt viatorum hoc eſt cum certitudine opinionis vt dictum eſt. ſpes autẽ illorum qui ſunt in purgatorio et qui fuerunt in lymbo: eſt cum certitudine ſcientie et non opinionis. vt eſt illa viatorum. Unde declinat aliquomodo a ſpe proprie dicta. ſpes vero que fuit i ſtephano quando vidit celum apertum: et que fuit i paulo qñ dixit. ſcio cui credidi. etc. que fuit in adam ante peccatum fuit cum certitudine viſionis tñ ſatis debilioris ꝙ in celo. Unde ſpes ſic ſumpta adhuc eſt minus proprie dicta. Ex his patet ꝙ in patria non eſt ſpes premij. quia beatitudo eſt omnium bonorũ ſimul tota et perfecta poſſeſſio. vnde ibi nihil futurũ eſt quod ſperetur. Et licet ſanctis adhuc ſit future reſurrectio corporũ ſecundum rem: tamen preſens eſt ſecundũ cognitionem. ſpes autẽ ſic futurum reſpicit ꝙ priuat tã pñtiam rei ꝙ cognitionis prout ſpes ppue ſumit. Duplex ẽ ſpes. ſ. ſuffragij et auctoritatis proprie. Prima poſita eſt in ſanctis. Secunda in ſolo deo et hec triplex eſt. ſ. venie. ps. xxx. In te dñe ſperaui non confundar in eternũ. Gre. p. xxxi. Sperantes autẽ in dño miſericordia circundabit. Glorie. Prouer. xxviij. Qui ſperat in deo ſaluabitur. Effectus ſpei multiplex eſt. A tribulatione liberat. ps. vij. In te ſperauerunt patres noſtri ſperauerũt

et liberaſti eos. Exemplum de ſuſanna et daniele. Confortat
ij. Macha. vij. Pereuntes ſeptẽ filios ſub vnius diei tempo-
re conſpiciens mater bono animo ferebat propter ſpem quã
in deo habebat. Mentem eleuat. Eſa. xl. Qui ſperant in do.
mu. for. aſſument pennas etc. Saluat. ps. ij. Qui ſaluos facit
ſperantes in ſe. Temporalia miniſtrat. ps. c. xliij. Oculi oim
in te ſpe. do. etce. Spes cõparatur multis rebus. Dicitur enim
galea. i. Theſa. iij. Induti galeã ſalutis. Anchora. Hebre. vi.
Qui confugimus ad tenendã propoſitã ſpem quam ſicut an-
choram habemus anime tutam ac firmam. Medicina. ps. xx.
Sperans in dño nõ infirmabor gemma. Prouer. xvij. Gemma
gratiſſima expectatio preſtolantis ſolatiũ. Hebre. vi. Fortiſſi-
mũ ſolatium habeamus qui confugimus ad tenendam pro-
poſitã nobis ſpem. Clauis. Glo. ſuper illud. p. lxi. Sperate in
dño per ſpem intratur ad illud viuendũ ꝙ creditur. Lignum
vite. Sapie. iij. Si corã hominibus tormenta paſſi ſunt ſpes
illoꝝ imortalitate plena eſt

## De charitate. Cap. xxxiij

c Haritas ſecundum apoſtolum ſic diffinitur. i. Thimo.
. i. Charitas eſt finis precepti de corde puro et conſci-
entia bona et fide non ficta. Et ſumitur finis cõſum-
mationis. quia charitas eſt cõſumatio ſiue perfectio hominis
precepti. Poteſt etiam dici finis terminationis omniũ ꝑcep-
toꝝ. quia omnia opera que ſunt in precepto tendunt in chari-
tatem. vt magis ac magis habeatur de corde puro. i. de intel-
lectu puro dicit. Glo. Et ſumitur hic intellectus pro actu intel-
ligendi ſecundum quem cauſatur motus qualitatis. Quanto
enim quis magis intelligit tãto magis diligit niſi alias ĩpedi-
atur Et hic iſta prepoſitio denotat efficientẽ. Et ꝯſcia bona. i.
ſpe. quia qui purã ꝯſcientiã habet ſecure ſperat: et fide non fi-
cta. id eſt ſimulata. et nõ fragili. ſed inter aduerſa forti Proſper
in libro de vita ꝯtẽplatiua deſcribit charitatẽ ſic. Charitas eſt
vt mihi videtur recta voluntas ab omnibus terrenis preſen-
tibus ac futuris prorſus auerſa. Iuncta deo inſeparabi-
liter et vnita igne quodam ſpiritusſancti a quo eſt et ad quem
refertur incenſa. Inquinamẽti omnis extranea corrumpi ne-
ſcia nulli vitio mutabilitatis ob noxiam ſuper omnia que car-
naliter diliguntur excelſa affectionũ omniũ potentiſſima diui-
ne contẽplationis auida. In omnibus ſemper inuicta. ſũma
actionũ bonoꝝ ſalus moꝝ finis celeſtiũ preceptoꝝ mors cri-
minũ. vita virtutũ. virtus pugnantiũ. palma victoꝝ ſanctarum
menſium arma cauſa meritoꝝ bonoꝝ premiũ perfectoꝝ ſine
qua nullus deo placuit cum qua nullus vnꝙ peccare potuit
fructuoſa in penitentibus. leta in proficientibus. glorioſa in ꝑ-
ſeuerantibus victorioſa in martiribus operoſa. In omnibus
omnino fidelibus ex qua quicquid eſt boni operis viuit. Cha-
ritas autẽ quantum ad actum diffinitur quattuor modis. Pri-
mo ſic ſcdo li. ſententiaꝝ Charitas eſt dilectio qua diligitur de-
us propter ſe. et proximus propter deum. et in deo. Secũdo
ſic. Quid eſt charitas niſi vita copulans amantem cum amato
Tertio ſic ſecundũ aug. Charitas eſt virtus qua videre deum
et perfrui deſideramus. Quarto ſic ſecundũ Auguſtinũ. Cha-
ritas eſt virtus que animi noſtri rectiſſima affectio eſt. Harum
diffinitionum. Prima datur in comparatione ad deum. Se-
cunda in comparatione ad eius poſſeſſorem Tertia in compa-
ratione dilecti ad dilectum.

## De differentia inter charitatem et alios mores. Capi. xxxiiij

a Mor triplex eſt. ſ. naturalis gratuitus et vitioſus.
Amor gratuitus eſt laudabilis quia virtus eſt. et ha-
bet principalem finem ſcilicet bonum incõmutabile
Hic diuiditur in amicitiam et concupiſcentiam. Secundũ ami-
citiam diligit quis deum puriſſime non reſpiciens vtilitatẽ ſu-
am. ſed bonitatem amati hoc modo plus diligit homo deum
ꝙ ſeipſum. Secundum vero concupiſcentiam diligit quis de-
um: quia remunerabilem in eo expectat. Amor naturalis nec
laudabilis eſt nec vituperabilis. et habet finem indigentiam
vel vtilitatem propriam. Item ſimiliter diuiditur in amici-
tiã et concupiſcentiam. ſecundum amicitiã diligimꝰ hoc amo-
re nos et noſtrã perfectionem et noſtram conſeruationem.

etmagis ea que ſunt plus neceſſaria. vt caput pro quo totum
corpus exponimus: hic cōmunis eſt nobis et brutis. Secun
dū concupiſcentiā vero diligimus deū. quia neceſſitati noſtre
vel ſubuenit. quia hoc amore non diligitur res propter ſe. ſed
propter vſum eius. Unde hoc amore plus ſe diligit homo na
turaliter ꝙ deū. amor vitioſus vituperabilis eſt. quia pecca-
tum eſt. et habet finē voluptatē ſiue delectationē in creatura.
Hic diuiditur in amicitiā et concupiſcentiā. Secundū amicitiā
diligimus hoc amor delectatione creature propter ſe ꝗuis in
nobis non habeatur. ſecundū concupiſcentiā vero diligimus
voluptatem creature propter nos. Amor iterū multiplex eſt
ſ. naturalis erga ſe: pius erga parentes: iocundus erga ſocios
iuſtus erga amicos. violentus erga inimicos. ſanctus erga de
um. Item differentia eſt inter amorē. dilectionē. et charita
tē. quia amor proprie eſt nature et dicitur amor quaſi animo
rū vnio: quia quietat appetitū in re amato. Dilectio eſt amor
proximi. et dicitur dilectio quaſi duo ligans. ſociat eni amantē
cū amato in amore. vt ſe mutuo diligant. Charitas eſt amor i
deū. hec amicū determinat et indicat oibus carorē valde. Di
citur charitas quaſi cara vnitas vel carū deo faciens. Alia
eſt differentia inter predicta. quia amamus deū propter ſe di
ligimus eū ſuper omnia propter ſua beneficia. qui dilectio eſt
diuerſorū electio charitas. vtrūqȝ cōplectitur. ſcilicet ſup̱ oia
et propter ſe Diligere deū in hoc differt a dilectione proxi-
mi. quia diligere bonū ē velle ei bonū quod habet. ſcilicet ꝙ
ſit oipotens et ſumme bonus et huiuſmodi. Itē diligere
deū eſt precepta eius ſeruare cū intentione fruendi eo. Itē
diligere deū eſt eū velle poſſidere: et ab ipſo poſſideri. Itē
diligere deū eſt voluntatē dei voluntati ſue in omnibus pre-
ferre. Diligere vero proximū eſt velle ſibi bonū non per eſ
ſentiā ſed per gratiā. Itē diligere proximū eſt idē velle et
idē nolle in bono. Item diligere proximū eſt ſucceſſū bo-
nū ei optare et querere. Itē diligere proximū eſt velle ei qd̄
ſibi. Et iterū differentia inter dilectionē dei et proximi. quia
deū diligimus in ſe et propter ſe. proximū vero diligimus in

deo et propter deū. Quando dicimus duplicē eſſe charitatē
ſcȝ dei et proximi. hec duplicitas non intelligitur quantū ad
habitus. ſed quantū ad actus: quia vno habitus charitatis di
ligitur deus et proximus. Charitas quandoqȝ dicit habitū.
Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. quādoqȝ
dicit motū. Cañ. ij. Ordinauit i me charitatē: qn̄qȝ ſignū Un̄
Iohan. xv. Maiorē charitatē nemo habet. i. maius ſignum
charitatis. quādoqȝ tertiā perſonā in trinitate. i. Iohan. iiij.
Deus charitas eſt. et ſic ſumitur eſſentialiter et tota trinitas di
citur charitas. quandoqȝ ſumitur pro feruore charitatis vnde
Luce ſeptimo. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. quoniam dile-
xit multum.

De effectu charitatis. Cap. xxv.

c Haritas peccatū expellit. Unde de magdalena dici
tur Luce. vij. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. qm̄ di-
lexit multū. Legē cuſtodi. Ro. xiij Qui diligit ꝓximū
ſuū legē ipleuit. Deū hoi iūgit. i. Io. iiij. Qui manet i charita
te i deo manet et d's i eo Mētē virtutibꝰ ornat. i. Cor. xiij. Cha
ritas paciēs benigna ē etc. Perfectionē adducit. Apl's ad co
rinthi. xij. Adhuc excellētiorē viā vobis demonſtro. Gloriā
tribuit. Io. ij. Si quis diligit me etc. et ſequitur ad eū venie-
mus et manſionē apud eū faciemus. Dilectione dei dignū fa
cit. Iohā. xvi. Si quis diligit me diligetur a patre meo. Cha
ritas in cordibus diffunditur cū ad proximū dilatatur. Effun
ditur per predicationē et per opera miſericordie. Infunditur
per illuminationē gratie. Superfunditur per opera perfectio
nis et ſupererogationis. Per charitatē venit deus ad homīes
incarnationē: et in hoies in gratie collocatione: per ipſā cha-
ritatē currunt hoies ad deū bona operatione et perueniūt ad
eū in glorificatione. Amoris penetrātia: qr intima cordis pe
netrat. Cañ. ij. Vulnerata charitate ego ſū. Languidū facit et
hoc ꝑ deſideriū eſſendi cū amato. Cañ. v. Nunctietis dilecto
meo. quia amore langueo. Inebriare: quia ſic tendit i amatū
ꝙ ſuipſius et oīȝ rerū preter ipſū obliuiſcitur. Cañ. v. Come

dite amici mei et bibite et inebriamini cariſſimi. Lique facere:
quia cor in diuina dulcedine ſic reſoluitur ꝙ appetens cū ap-
pcibile mirabili amicitia vnitur. Canti. v. Anima mea lique
fac a eſt vt dilectus loquitur mihi. Amor habet vim diffuſiuā
in bona operatione vnitiuam in proximi dilectione. tranfor-
matiuā in iuſtificatione. Item aliter hoc oſtenditur ꝙ habet
vim diffuſiuam. vt patet in creatione: vnitiuam vt patet in xpi
incarnatione. tranſformatiuam: vt in glorificatione

Quibus rebus charitas aſſimiletur. Capi. xxvi.

C Haritas eſt bonorum principium: quia a deo ipſa ē.
Bonorꝫ mediū: quia ſecundum deū ipſa eſt. Bonorꝫ
finis: quia propter deum charitas dicitur bone ope
rationis principium: quia mouet ad id. Grego. Charitas ope
ratur ſi eſt. Dicitur etiam medium: quia opera informat. Dici
tur quoqꝫ finis: quia opera dirigit et ad debitum finem perdu
cit. Quomodo charitas dicatur finis. Sciendum eſt ꝙ tri-
plex eſt finis. ſ. conſumptionis conſummationis. et termina-
tionis. Primo modo charitas eſt finis peccatorꝫ: quia ea con
ſumat. Secundo modo eſt finis preceptorum. quia ea per
ficit. Tertio modo tam vita eterna ꝙ ipſe deus eſt finis no
ſtri laboris. ſed vita eterna finis eſt quo quieſcitur: ſed deus
terminus in quo quieſcitur. Charitas dicitur forma virtutum
multipliciter. Primo quia mouet omnes virtutes ad exte-
riora opera. per que perficiuntur virtutes et merentur augeri
Secundo quia omnes virtutes mouentur ad finem chari
tatis. ſ. ad bonū. Charitas enim habet bonum pro fine et ob
iecto. Alie virtutes habent bonum non pro obiecto. ſed pro
fine tantum et ille finis virtutū perfectionem denotat. Ter
tio charitas auget virtutum delectationem et tollit faſtidium
et alleuiationem propter ipſius deſiderium. Quarto quia com
ponit aiam et perficit non quidem in eſſe nature: ſed in eſſe gra
tuito et meritorio: Charitas multis rebus dicitur ſimilis. q2
comparatur auro quod fornax tribulationis probat. Auroꝛe

quā ſequitur dies eternitatis arche noe p quā non fuit inuen-
tus perijt. Arbori bonos fructus proferenti. Ale ad celeſtia
ſubleuanti. Bitumini animā deo coniungenti. Claui celū ape
rienti corone mentē decoranti. capiti ſenſum et motum influē
ti. Charitas enim influit ſenſum. i. ratione merendi alijs virtu
tibus et motum. i. affectum mouendi meritorie mentem deo
illuminante. Ebori thronū deo exhibenti. Firmamento aquas
voluptatis ab aquis eternitatis diuidenti. Fonti mentem irri-
ganti. Gemme animā ornanti gladio flāmeo paradiſum cu-
ſtodienti. Igni affectum accedenti. Iugo ſuauiter prementi.
Manne de celo deſcendenti. Roſe rubenti. Radice humorē
gratie quem a ſummo trahit ad virtutes tranſmittendi. vt ſic
nutriantur et conſeruentur in bono. Soli fulgenti. Theſauros
latenti. Vinculo omnes rationes diligendi in dilecto colligā
ti. Vino inebrianti. veſti peccatorum turpitudinem cooperien
ti. vnguento vulnera letalia curanti.

De excellentia charitatis. Ca. xxvij.

C Haritas excellit alias virtutes in multis. Primo
in diuine conformitate. Jo. Diligamus dominum
qm̄ ipſe prius dilexit nos. Secundo in ſpeciali digni
tate. Ricardus. Charitas eſt regina virtutum. Tertio in ſpe
cioſitate. q2 eſt planeta veneris et aie pulcritudo. quia ſicut pul
critudo exterioris hoīs ē ex decēti mēbrorꝫ ordiatōe et venuſta
te coloris ſic pulcritudo aīe ē ex decēti ordiatiōe actuū et habi
tuū venuſto hoc facit charitas ī anima cuius actus ordinatus eſt
et venuſtus habitus. Quarto in ſupportatione laboris. aug9.
Omnia grauia et immania leuia facit amor. Sexto in vigoroſi-
tate. Can. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Septimo in vtilita
te. auguſti. Habe charitatem et fac quod vis. Octauo in de
lectatione. quia charitas ſecundum actum ſuum facit delecta
ri in deo non ſolū in patria ſed etiā in via.

De ſignis dilectionis. Cap. xxviij

S Igna dilectionis ſunt hec. quia amicus amicum li-
benter audit: libenter de ipſo loquitur. ſepe de ipſo
cogitat. ſine tedio ſibi obſequitur. corpus et res pro

illo exponit Offenſam cauet offenſum placat: congaudet proſpe
ritati condolet aduerſitati. Gaudet de ſua preſentia dolet de
ſua abſentia. Diligit et odit hoc quod ille conatur ei placere ti
met diſplicere trahit alios ad eius amicitiā Munera ab eo da
ta non alienat. Conſilijs ſuis acquieſcit petit ab eo fiducialit̃.
Qualiter poſſit quis ſcire vtrū habeat charitatē. Nota ꝙ qui-
dam ſciunt ſe non habere charitatē vt q̇ ſunt in actu peccandi:
vel in propoſito. Quidam dubitant ſe habere charitatē: quia
rationes habent pro vtraqꝫ parte. vt ſunt illi qui incipiunt fa-
cere quod in ſe eſt. quidam putant ſe habere charitatē. ſicut q̇
multa bona fecerunt et diu abſtinuerunt a peccato adhuc ta-
men ſuſtinent motus tentationis et ymaginātur turpia. Qui-
dā experiuntur ſe habere charitatem. vt illi qui guſtant diui-
nā dulcedinem. in quibus fomes fere extinctus eſt. et quaſi ſē
per vel bona faciunt vel affectant. Quidam certi ſunt ſe habe
re charitatem. vt quib⁹ deus reuelauit qualis fuit paulus: cui
dn̄s dixit. ſufficit tibi gratia mea.

## De gradibus amoris. Cap. xxix

g

Radus amoris ſunt iſti. Primus eſt cum diligo
me propter me. Iſte amor non eſt bonus. Secū
dus eſt cum diligo deū propter me. hic eſt mercenari⁹
ſed tunc eſt bonus ſi principalis finis eſt deus. Tertius eſt
cum diligo deum propter ſe. i. qꝛ bonus. Hic eſt valde bonus
quia talis amor vno tantū oculo. i. dextero reſpicit deū Quar
tus eſt cū diligo me propter deū. hic eſt optimus: quia in tali
amore nihil eſt ꝙ querat homo de ſuo etiā i ſeipſo. ꝭ que dei
ſunt. Super oīa diligendus eſt deus. quia cū ipſe ſit principiū
et hoc ipſo quod ſummū eſt: ſumme bonū eſt. ꝛ hoc ip̄o quod
ſumme bonū eſt ſūme beatū eſt. et hoc ipſo qd̓ ſumme beatū
eſt ſūme beatificū eſt. et hoc ipſo eſt ſūme fruendus. et ħ ipſo
eſt ſūme ꝑ amorē ei inherēdū et i eo tanꝙ in fine quieſcendū
Tria generaliter diliguntur. ſ. vtile. delectabile. et honeſtum.
Propter primū diligēda eſt tribulatio. quia vtilis. Propt̃ ter
tiū diligēda ē virtus. quia honeſta. Sed propter ſcd̓m diligē
dus eſt deus. quia delectabilis imo propter hec omnia dili-
gendus eſt deus. quia ipſū diligere eſt vtile. delectabile ꝛ ho
neſtum. Gradus amoris vel charitatis in quibus tollit pecca
tū ſunt iſti Primo tollit peccatū mortale: non quantū ad ha
bitū ſed quantū ad actū. Liberat enim a peccato mortali. ſed
non a poteſtate cadendi in illud. Secundo modo tollit pec
catū quantū ad actum et quantū ad habitū. ſed neutro modo
veniale. ſicut patet in aliquibus ſanctificatis. Tertio modo
charitas tollit peccatū vtroqꝫ modo. et veniale quantum ad
actū. ſed non quo ad habitū. Talis fuit in beata virgine an̄ cō
ceptionē xp̄i. Quarto mō tollit vtrunqꝫ vtroqꝫ modo. ſic fuit
bt̄a vgīe cōceptione xp̄i et poſt. tunc enim fuit in ip̄a ſublatus
fomes peccandi totaliter. Quinto mō tollit vtrūqꝫ vtroqꝫ mō
et inſuper omnē miſeriā: et hoc fiet in patria. Perfecta ē chari
tas quando eſt habitu magno motu iteriori directa opere ex
teriori ſolicita radice ſtabilita. feruore diſcreta. dulcedine cōſo
latoria. Diligitur deus toto corde. i. intellectu ſine errore. tota
anima. i. voluntate ſine contrarietate. tota mente. i. memoria
ſine obliuione.

## De ordine charitatis. Ca. xxx.

o

Rdo charitatis ſecundum Auguſtinum eſt diligere
Primo quod ſupra nos eſt. i. deū. Deinde qd̓ nos
ſumus poſt hoc quod iuxta nos eſt. i. proximus Vl
timo quod intra nos eſt. i. corpus noſtrū propriū. In eodem
gradu contineri debet corpus chriſti. quia vtrūqꝫ tenet ratio-
nem inferioris boni reſpectus ſpiritus noſtri ſcdꝫ Ambroſiū.
Diligendus eſt primo deus. Secūdo parentes. Deinde filij.
Poſtea domeſtici. vltimo inimici. ſed hoc de exhibitione qui
dam intelligunt aliquis diligitur magis ab altero multiplici-
ter. ſcilicet maiori affectu ſic ſuper omnia diligendus eſt deus
ſed inter hoīes magis diligendi ſunt parentes ꝙ filij. De-
inde conſanguinei ſecundum gradus cognationis. Maiori

affectu diligendi ſunt filij q̄ parentes. ſed eque pertinentibus
prius ſuccurrendū eſt magis indigenti. Ad differentiam ma-
gis diligendi ſunt qui ſe magis ad gratiam preparant et habi
bilitant ad gloriam. ſic diligendi ſunt ſecundū gradus partici
pandi bonū gratie. Nota ꝙ idem ordo dilectionis eſt natu
re et gratie hoc excepto ꝙ dilectione naturali homo ſe magis
diligit q̄ deū. ſed econtra in dilectione gratuita. Preterea ſciē
dū eſt ꝙ idem eſt ordo charitatis qui ſecundū aug⁹. Eſt in via
erit etiā in patria: quia cū gloria perficiat naturā quicquid nō
erat imperfectionis in natura manebit in gloria.

De dilectione proximi. Ca. xxxi

Mutuo ſe debent homines diligere. quia oēs mem
m bra vnius corporis miſtici chriſti: quia vno ſpiritu
ſancto viuificantur ſpiritualiter et vniuntur: qꝛ vnā
fidem habent. quia vnū baptiſma receperunt. quia vnum pa-
trem habent et dn̄m. quia ad vnū regnū tendunt. Dilectionē
proximi ſuadet ius nature. Mathei. vij. Omnia quecunqꝫ vul
tis vt faciant vobis homines. et vos facite illis.
Ius ſcripture. Mathei. xxij. Diliges proximū tuū ſicut teipſū
Exemplū creature: quia omne ſimile diligit ſibi ſimile. Meli
us eſt diligere q̄ diligi quadruplici ratione. Primo quia qđ
diligimus ſcimus. Sed quod diligamur neſcimus ſed credi-
mus. Secundo quia diligere proprie virtutis eſt. ſed diligi
aliene. Tertio quia cū diligimus alios nobis obligamus.
Cum vero diligimur alijs obligamur. Quarto quia cum di-
ligimus meremur nobis: cū autē diligimur alij merentur ſibi
per dilectionē proximi efficimur imitatores chriſti. Io. xvij
Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos diſci-
puli ſaluatoris. Io. xiij. in hoc cognoſcent omnes ꝙ diſcipuli
mei eritis etc. Speculatores dei. i. Iohan. ij. Qui diligit fra-
trem ſuū in lumine permanet et videt deū. Societas fraterna
vtilis eſt ratione ſubleuationis. Eccleſi. iiij. Ueh ſoli. quia ſi
ceciderit non habet ſubleuantē ratione ſubleuationis. ps. Ec-
ce q̄ bonū et q̄ iocūdū habitare fratres. ratione exortatiōis
Seneca Semper ante oculos tuos ponendus ē aliquis cuius

exemplo proficias. quia niſi ad regulam preuā non corriges.
Prouer. A modica ſcintilla augetur ignis.

De dilectione inimicoꝝ. Cap̄. xxxij

Circa dilectionē inimicoꝝ. nota ꝙ alia eſt dilectio af
c fectus. et alia affectus. Dilectio affectus duplex ē. qꝛ
alia eſt innocentie et alia beneficentie. dilectione in
nocentie tenemur diligere inimicos. quia nō debemus eis ob
tare malū in ꝓtū malū. ſed in ꝓtū eſt eis expediens. vel
reipub. Affectus dilectionis beneficentie duplex. eſt. ſ. princi-
palis et ſecundarius. Affectus principalis eſt velle et optare
inimicis bona ſpiritualia. ſicut eſt gratia et gloria. hoc modo
tenemur per affectum diligere inimicos. Affectus autē dilec-
tionis ſecundarius eſt optare inimicis. bona temporalia hoc
modo. tenemur ſemper diligere inimicos. quia non ſemp ex-
pedit eis bona temporalia. Eodēmodo diſtinguendū eſt de
dilectione effectus. qui eſt ſimiliter innocentie et beneficentie.
Primo modo tenemur omnes diligere inimicos. quia te-
nemur. eis non inferre mala niſi propter bonū perſone vel re
ipu. Secundo modo diſtinguenda eſt dilectio beneficētie.
quia ſi eſt beneficiū ſpirituale ad ſalutē neceſſariū. tunc tene-
mur illud inimicis impendere. ſicut orare pro eis non quidē
in ſpeciali. ſed in generali. ita. ſ. vt nō excludamus eos ab ora
tionibus cōmunibus. Si vero eſt beneficiū temporale ad hoc
tenemur niſi in caſu neceſſitatis Nota tamen eſſe duplicem
inimicū. ſ. perſone noſtre et eccleſie. Igitur inimico perſone
bene facere perfectionis eſt niſi in quantū ſibi vel alteri bene
ficiū nociuū eſſet. quia in tali caſu beneficiū ſubtrahere vtile ē
Inimico autem eccleſie beneficiū ſubtrahere perfectius ē me
lius niſi inquantum per beneficiū ſperatur reconciliandus ec
cleſie. Ex predictis patet ꝙ optare bona temporalia inimicis
eccleſie imperfectionis eſt niſi per accidens. ſcilʒ quando cre-
duntur per hoc conuerti. Inimico vero perſone optare bona
temporalia perfectionis eſt niſi per accidens. ſ. quando puta-
tur ei fore vel alijs nociua. Nota ꝙ licet amicū diligere ſit ma
gis debitum. tamen diligere inimicū magis eſt meritorium

remiſſionis pene. et ad alia multum valet. Primo. quia ma-
gis accedit ad perfectionem virtutis. Maioris enim perfectio
nis vel maior virtus ē. quia magis gratuitum eſt. Secūdo qr
motus charitatis. diligendi inimicum magis meritorius eſt
remiſſionis pene. et hoc ratione difficultatis. licet in amicum
ſit magis meritorius vite eterne ratione intentionis. amor
enim naturalis feruentiorem facit motum charitatis. ſicut diſ
poſitio materialis confert forme. Tertio quia inimicū dilige
re expreſſius ſignum charitatis eſt. quia contra motū nature ē
vñ vade difficile eſt niſi adſit gratia per quā vincatur natura.

Nota ꝙ ille cui iniuria facta eſt non debet reconciliationem
querere ex debito neceſſitatis. ſed ſi facit complet debitum
perfectionis. Unde dicit Chriſ. ꝙ talis debet reconciliationē
querere vt duplicē gloriā conſequatur. Una quia iniuriā paſ-
ſus. Alterā quia prior rogauit.

De virtutibus cardinalibus Ca. xxxiij

p Er virtutes cardinales anima rectificatur in ſuis viri
bus. Nam prudentia rectificat rationalem. Fortitu-
do iraſcibilem. Temperantia concupiſcibilem. Iu-
ſticia vero rectificat omnes vires prout nomen iuſticie cōpre
hendit non ſolum ſpecialem iuſticiam que eſt in cōmutationi
bus vel diſtributionibus. ſed etiam legalem que eſt omnis
virt⁹. prout eius act⁹ ad ꝓximū ordinat. et iuſticiā gñalē que ē
omis virtus prout ei⁹ act⁹ ꝑtinet ad debitum obedientie pre
ceptorum. ipſa enim iuſticia generalis comprehendit virtutes
ordinantes ad proximū. vt eſt equitas et liberalitas et ordinā
tes. ad ſeipſum ſicut eſt innocentia et penitentia. et ordināntes
ad deum. ſicut eſt latria pietas. obedientia. propter hoc iuſti-
tia dicitur circuire omnes virtutes et ꝙ non tantū eſt virt⁹ ſpe
cialis: ſed etiam generalis cōprehendens totius anime recti-
tudinem cum ipſa dicatur rectitudo voluntatis. Item per vir
tutes cardinales inſtruitur homo in operibus et. contra vitia
armatur. Primū fit dupliciter quia inſtruitur quo ad ſe ꝑ pru
dentiam et quo ad proximū per iuſticiā. Secundū etiā fit du
pliciter. quia homo armatur in proſperis per temperantiam et

in aduerſis per fortitudinē. Item dicit aug⁹. ꝙ prudentia ē in
eligēdis. fortitudo itollerādis. tēperātia i vtēdis iuſticia i di-
ſtribuēdis Itē dicit ꝙ prudētia ē in ꝑcauēdis inſidijs. iuſticia
in ſubueniendo miſeris. fortitudo in preferendis moleſtijs tē
perantia in cohercēdis delectationib⁹ prauis Aug⁹. In mu
ſica ſua ꝙ ſuccedit prudentie contemplatio fortitudini firmi-
tas adherentie temperantie menſura delectatiōis. iuſticie de
bita ordinatio ad deū et proximū. iſte quattuor virtutes ap-
pellantur cardinales. quia ſicut hoſtiū vertitur in cardine. ſic i
his vertitur et regitur vita hominis. Uocantur etiam polliti-
ce. quia ordinatur in his vita ciuilis. Dicuntur etiam humane
quia humano ſtudio acquiruntur niſi diuinus infundatur Ap
pellantur etiam conſuetudinales: quia non ex vno actu. ſed ex
conſuetudine naſcuntur. vel quia honeſtas ſe magis exercet
in iſtis. ſicut deuotio ſe magis exercitat in virtutibus theologi
cis. Nota ꝙ prudentia eſt ſcire quid poſſit. temperantie eſt nō
preſumere quod non poſſit. iuſticie eſt velle quod in omnib⁹
equum ſit fortitudinis eſt velle pluſ ꝙ poſſit. Iſte virtutes ha
bent ſuos gradus perfectionis ſecundū quos aliter poſſidēt
incipientes. aliter proficientes. aliter perfecti. Dicuntur eñ
virtutes pollitice qñq ſecundū ꝙ regūt vitā hominis quo ad
opera exteriora. et prout pugnant contra vitia. et hoc mō ſunt
incipientiū. purgatorie dicuntur ſecundum ꝙ iam ſunt in vi-
ctoria vitiorum. et conſiſtunt partim intra partim extra. et ſic
ſunt proficientiū Dicūtur etiam purgati animi ſecundum iam
deuictis vitijs: quieſcit homo. ita ꝙ raro primi motus inſur-
gunt. et hoc modo pertinent ad perfectos. Exemplares dicū-
tur prout ſunt in mente diuina. Nam ſicut omniū rerum deus
exēplar eſt. ita et idee virtutū in ipſo conſiſtit

De prudentia. Cap. xxxiiij.

p Rudentia ſecundum ꝙ eſt virtus pollitice. eſt vt
ait Macrobius ad rationis normam que cogitat
quecunq3 agit vniuerſe dirigere ac nihil preter re
ctum velle vel facere. Prudentia vero ſecundum ꝙ eſt virtus

purgatoria eſt vt idem ait. et mundum et omnia que in mun/
do ſunt diuinorũ contemplatione deſpicere et omnẽ anime
cognitionem in ſola diuina erigere. Prudentia autem prout ẽ
virtus purgati animi eſt ſola diuina noſcere et. ea tanꝙ nihil
aliud ſit intueri prudentia. Sane exemplaris eſt ipſa mens di
uina cui omnia nuda ſunt et aperta: partes prudentie ſecundũ
Tullium .i. officiorum ſunt intelligentia prouidentia. Memo/
ria intelligentia vero eſt per quam animus proſpicit ea q̃ ſunt
prudentia autem virtus eſt. vt idem ait per quã videtur aliq̃d
futurum anteꝙ fit. Memoria ſecundũ eundem eſt per quam
reperit quis ea. que fuerunt. Nota ꝙ duplex eſt iudicium rati
onis diſcretiuum. ſ. et diffinitiuũ. Judiciũ diſcretiuũ eſt quo
ratio iudicat aliquid eſſe faciendũ vel non faciendũ. Circa ta
le iudicium eſt ſcientia et non virtus. iudiciũ vero diffinitiuũ
eſt quo ratio imparat aliquid fieri vel non fieri. et circa iſtud ẽ
virtus. Unde in primo iudicio ſe habet ſcientia ad operatiões
bonas: vt conſiliarius. In ſecundo vero iudicio ſe habet vir
tus vt imperator. Prudentia habet regere ceteras virtutes ĩ ac
tibus ſuis ſecundũ omnes partes philoſophie morales que
ſunt. ethica ſiue monaſtica hyconomica et politica. quarũ pri/
ma mores quo ad ſeipſum inſtruit. Secunda familiã diſponit
tertia vrbes et regna regit. Triplex eſt prudentia. Prima ẽ cor
dis: et hec eſt in diſpoſitione preſentiũ et recognitione preteri
torum. et preuiſione futurorum. Deuterono: xxxij. Utinã ſa/
perent. ſ. preterita. et intelligerent. ſ. preſentia ac nouiſſima ꝓ
uiderent. ſ. futura. Secunda eſt oris. et hec eſt in moderatõe
ſermonũ. Prouer. xiij. Qui moderatur labia ſua prudentiſſi/
mus eſt. p̃s. Pone domine cuſtodiam ori meo. Tertia ẽ ope
ris. et hoc conſiſtit vt ait Tullius in fuga mali et electione bo
ni. p̃s. xxxiij. Declina a malo et fac bonum. Nota ꝙ alia eſt
prudentia mundana alia humana. alia diuina. Prima eſt ĩ tẽ
poralibus acquirendis. ſecunda ĩ ꝯmodo carnis. tertio in ob/
ſequijs diuinis. Officiũ prudentie eſt actus aliarum virtutum
dirigere ſicut ſupra dictũ eſt. Berñ. Diſcretio non tam virtus
ꝙ auriga virtutũ eſt. Noli fallare nec falle vt dixit Seneca. eſt
res ſecundum veritatem extimare idem. Tunc per rationem
recte viues ſi diuina prius extimes. ſi dignitatẽ rex non ex opi
nione multoꝝ: ſed ex earũ natura conſtituas nobis ꝯmiſſa ad
dei gloriã et proximi edificationẽ diſpenſare. Luce. Quis pu
tas eſt fidelis ſeruus et prudens. etc. Mutabilitatem fugere:
ſeneca. Scito te in quibuſdã perſeuerare debere quia cepiſti
quedam nec incipere.

De temperantia. Cap. xxxv

Temperantia ſecundũ Macrobiũ prout eſt virt᷒ poli
tica eſt nihil appetere penitendũ in nullo legem mo
derationis excedere ſub iugo rationis cupiditatẽ do
mare temperantia prout eſt virtus purgatoria omnia eſt relin
quere inquantũ natura patitur que corporis vſus requirit tẽ/
perantia prout eſt virtus purgati animi eſt terrenas cupidita/
tes non ſolum reprimere ſed penitus obliuiſci. Temperãtia
prout eſt virtus exemplaris eſt quedam in ſe perpetua inten/
tione conuerſio. Partes temperantie ſecundũ Tullium ſunt
continentia. Clementia. et modeſtia. Continentia ſecundum
eundem Tullium eſt virtus per quã cupiditas conſilij guber
natione regitur. Clementia eſt per quam motus animi in odi
um alicuius concitati cõmunitate vel hylaritate continent ſeu
retinentur. Modeſtia eſt virtus per quã pudor honeſtus pa
rat et ſtabilem auctoritatem comparat. Species temperantie
ſunt. Sobrietas. Continentia et modeſtia. Prima cõſiſtit cir
ca guſtũ in quo ponit modũ ſobrietas. Secunda eſt circa ta/
ctum quantũ ad vim generatiuã. quia ibi ponit modũ caſtitas
Habet enim modo vehementẽ appetitum conſeruandi ſe in
eſſe indiuidui: per nutritiuam et conſeruandi ſe in eſſe ſpe/
ciei per generatiuã. Iſti autem appetitus reſtringuntur per
ſobrietatem et continentiam. Tertia in dictis et factis.

Factum autem prout hic accipitur pertinet ad tres ſenſus. ⁊
circa proprias eorum materias. ſcilicet viſum auditum. olfa/
ctum. Pertinet etiam hoc factum ad tactum. non quidem qui
eſt in generatiua. Sed ad alios tactus quoꝝ organa ſunt ma/
nus. ad percutiendum vel capiendum. et pedes ad ambulan/

dum. In omnibus iſtis modum ponit modeſtia. Dignitas
temperantie in hoc eſt ꝙ aiam decorat. quia ſicut in naturis
forma decentior eſt materia. ſic et in moribus plus cōmēda-
tur modus q̄ ipſa actio propter hoc temperātia comparatur
ſoli qui medius planetarum eſt. et decentior inter omnes Me-
ritum cumulat. quia mediū tenuere beati Unde dicitur ꝙ ver-
bis non meremur. ſed aduerbijs. i. non eo ꝙ aliquid facim⁹
ſed in eo ꝙ benefacimus. Iſtud patet in illa vidua que obtu-
lit duo minuta et magis ꝯmendata eſt q̄ qui magna miſerūt
in gazophilatio. Uitioſos appetitus refrenat. ſicut ſupra di-
ctum eſt. Unde comparatur freno et remo. et lime que ſuper-
fluum tollit rubiginis de ferro. Actiones temperat ſecundū
ꝙ apoſtolus inſtruit dicens. Rationale obſequium veſtrum
Medium ſeruat. Bern. Tene medium ſi non vis perdere mo-
dum. De hoc medio dicitur. Medio tutiſſimus ibis. Iſtud
medium voluit dominus nos tenere quando fecit non de ca-
pite. vel de pede mulierem. ſed de coſta. Et quando fecit ho-
minem partim corporalē et partim ſpiritualem. vt dignitate
nature eſſet ſub natura angelica. et ſuper corpoream. Chriſto
aſſimilat qui ſtetit in medio diſcipulorum. ſedit in medio do-
ctorum ſuſpenſus eſt in medio latronum. locatus ē in medio
duorum animaliū. viſus eſt a Iohanne in apoca. xv. In me-
dio candellabrorum aureorum. Naturam conſeruat. quia na-
tura in medijs delectatur et per extrema corrumpitur. Unde
philoſophus ſecundo de anima. Excellentia ſenſatorum cor-
rumpit ſenſus. Ferculis eternis cibat. Unde temperantia cō-
paratur ligno vite quod erat in medio paradiſi.

De fortitudine. Cap. xxxvi.

Ortitudo ſecundum macrobium prout ē virtus po-
f litica ē animum ſupra metum periculi agere nihilqꝫ
niſi turpia timere tollerare fortiter aduerſa vel proſpe-
ra. Fortitudinis purgatorie eſt animo non terreri a corpore re-

cedente nec altitudinem abhorrere. Fortitudinis purgati
animi eſt paſſiones ignorare. non metuere vt neſciat iraſci et
nihil cupiat inhoneſtum. Fortitudinis exemplaris eſt eſſe ī-
mutabilem. quia ſemper idem eſt. nec aliquando mutatur.
Partes fortitudinis ſecundum Tullium ſunt quattuor. Ma-
gnificentia. Fiducia. Patientia. et Perſeuerantia. Magnificē-
tia ſecundum eundem ē magnarū et excelſarum rerum cū am-
pla quadam animi propoſitione cogitatio atqꝫ miniſtratio
Fiducia ē virtus per quam in magnis et honeſtis rebus multū
in ſe animus ex ſpe certa fiducie collocatur. Patientia ē hone-
ſtatis et vtilitatis cauſa rerum arduarum atqꝫ difficilium vo-
luntaria et diuturna perpeſſio. Perſeuerantia eſt virtus in ra-
tione bene conſiderata. ſtabilis et perpetua permanſio. Multi
ſunt effectus fortitudinis. Primus eſt quia de hoſtibus triū-
phat. Mathei. iiij. Uir fortiſſimus. Secundo quia homini
ſua bona conſeruat. Luce. xi. Cum fortis armatus et cetera
Tertio quia ditat. Prouerbiorū. Manus fortis diuitias
parat. Quartus quia regnum celorum expugnat. Math. xi
Regnum celorum vim patitur. Quintus quia ornat. Prouer
Fortitudo et decor indumentum eius. Sextus quia in ex-
tremis aſſecurat. Prouerbioꝝ. Leo fortiſſimus beſtiarum. a
nullius pauet occurſu. Septimus quia remunerationem ex-
pectat. Prouerbioꝝ. Mulierem fortem quis inueniet et cetera.
Fortitudo conſiſtit in quinqꝫ. ſ. in aggreſſione arduorum. ps.
xxvi. Uiriliter agite et confortetur cor veſtrū. In contemptu
terrenorum. Hebre. xi. Moyſes negauit ſe eſſe filium pharao-
nis etc. In ſuſtinentia tribulationū. Cant. viij. Fortis eſt vt
mors dilectio In reſiſtētia tētatōnū. Apl's. i. Thimoth. ij. Nō
coronabitur niſi qui legitime certauerit. In ipugnatōe vitioꝝ
Job. vij. Militia ē vita hoīs ſuper terrā multa iuuāt fortitudi-
nē. Primū eſt exhortatio prudentium. Unde legitur de iu-
da machabeo. ꝙ armauit ſocios non clipei vel haſte minu-
tione ſed ſermonibus optimis. Secundum exemplum
robuſtorum. Unde legitur de Eleazaro ꝙ elegit fortiter
mori pro paternis legibus Exemplum virtutis et forti-

tudinis poſteris relinquens. Tertium exercitatio in pugnis.
Unde legitur in. Joſue ꝙ dominus non deleuit hoſtes filioꝝ
iſrael ſtatim omnes. ſed reliquit aliquos vt haberent conſue-
tudinem preliandi. Quartuꝫ eſt ſpes remuneratiõis. ſcḋo
Paralip. Confortentur manus veſtre et non diſſoluantur Eſt
enim merces operi veſtro. Quintum hoſtiū debilitas: Greg.
Debilis eſt hoſtis qui non poteſt vincere niſi volentem. Sex-
tus orationis adiutorium. Numeri. xx. Cum eleuaret manꝰ.
Moyſes vincebant filij iſrael Septimū armorum ſpiritualiū
apparatus Unde ſanſon vincebat philiſteos ĩ mandibula aſi-
ni id eſt temperantia et ſimplicitate. Octauum memoria do-
minice paſſionis quod ſignatum eſt in dauid qui contra Go-
liam venit in baculo. et funda nonum cibus ſpiritualis. p̄s.
Panis cor hominis confirmet. Tertio reg. Ambulauit hely-
as in fortitudine cibi illius. etc. Unde et Petrus potatus ſpi-
ritu ſancti gratia confortatus eſt dicens. Oportet deo obedi-
re magis ꝙ hominibus. Jdem vero. Apoſtolus ante talem
confortationem dixit. neſcio hominem hunc

De iuſticia politica. Cap. xxxvij.

Juſticie politice ſecundū Macrobiū. Eſt ſeruare vni-
cuiqꝫ quod ſuum eſt. Juſticie purgatorie ſecundū eū-
dem eſt ad vnū cuiuſqꝫ propoſiti viam vniuſcuiuſqꝫ
virtutis officium conſeruare vſqꝫ ad vltimū deſcendendo Ju-
ſticie autem purgati animi eſt ita cum superna mente ſociari.
vt ſeruet cum ea fedus perpetuū imitando. Juſticie exempla-
ris eſt ꝙ perenni lege ſempiterna operis ſui cõtinuatione nõ
flectitur. Partes iuſticie ſecundū Tulliū ſūt ſex. ſ. Religio. pie-
tas. gratia. vindicatio. obſeruantia veritas. Religio ſecundū
eūdē Tulliuꝫ eſt virtus que ſuperioris cuiuſdam nature quā
diuinam vocant curam cerimoniūqꝫ affert. Pietas ē p quā
coniunctis ſanguine et beniuolentia officium. et diligens in-
buitur cultus. Gratia eſt in qua amicitiarum et officiorum al-
terꝰ memoria. et remunerādi voluntas ptinet. Vindicatio ē per
quā vis et iniuria. et omne ꝙ obfuturum defendendo atqꝫ vl-
ciſcendo propulſatur. Obſeruantia eſt virtus per quē homi-
nes aliqua dignitate antecedentes cultu quodā et honore dignā-
tur. Ueritas eſt virtus per quā imutata ea que ſunt aut fuerūt
aut futura dicuntur. Nota ꝙ iuſticia non tam eſt virtus ſpe-
cialis ꝙ generalis. vt habes ſupra de virtutibus cardinalibꝰ
in genere iuſticia vt dicitur in libro ſapientie. Eſt perpetua mul-
tiplici ratione primo quia perpetuat aiam ſtabiliendo eam in
debito loco. ſ. ſub deo et ſupra corporales creaturas. Secūdo
quia manebit in patria ſecundū eſſentiā et vſum. Alie autem
virtutes cardinales: et ſi maneant in patria ſecundū eſſentiam
non tamen ſecundū omnē vſum. Temperantia enim non re-
frenabit motus illicitos prudentia nõ cauebit ab inſidijs for-
titudo non aggredietur terribilia. Juſticia peruertitur tripli-
citer. ſ. amore perſone vel pecunie. Eſa. vij. ve qui iuſtificatis
impiū pro munere Tiore euangeliū. Nolite timere eos q̇ oc-
cidunt corpus Rancore. Jtem ſciens ꝙ per inuidiā tradidiſſēt
eum plura mouent ad rectitudinē iuſticie. Primū eſt rectitudo
humani corporis. quia indecens valde eſt in recto corpore cur-
uum habere animi. Secundū eſt naturalis inclinatio: quia
vt ait augu. Juſticia eſt in corde hominis naturaliter. Tertiū
quia bruta animalia docent multa que pertinent ad iuſtitiam
vt eſt innocentia concordia et huiuſmodi Quartū eſt ſcriptura
Eccl'. iiij. Uſqꝫ ad mortē certa pro iuſticia. effectus iuſticie ē
quia beatificat. Mathei. v. Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſtici-
am. Petrus. Si quid patimini propter iuſticiā beati. Qui ex-
altat. Eccle. ij. Quis ſperatur iuſtitiā exaltabitur. quia appeti-
tum concupiſcentie refrenat. Eſa. xi. Erit iuſticia cingulū lum-
borꝝ eiꝰ. quia locū deo preparat. p̄s. lxxxviij. Juſticia et iudi-
ciū preparatio ſedis tue. quia a morte eterna liberat. Prouer
Juſticia vero liberabit a morte. quia coronat. Thimo. iiij Re-
poſita eſt michi corona iuſticie. quia remunerat. p̄s. xvij. Re-
tribuet mihi dñs ſecundū iuſticiā meā. Juſticia conſiſtit in fi-
de. Apl's. ij. Credidit abraā deo. et reputatū eſt ei ad iuſticiā
Jtem in oratione. p̄s. xxxiij. Clamauerunt iuſti et do. ex. e.

Jn ſancta meditatione. Eccl. Beatus vir qui in ſapiētia mo-
rabitur: et in iuſticia meditabitur. Jn humiliatione. Mathei.
Sic decet nos implere omnē iuſticiā. Glo. Perfecta iuſtitia ē
ſubdere ſe minori in eruditione. Prouer. Seminanti iuſticiaꝫ
merces fidelis.

## De donis in communi. Cap. xxxviij

Jcet omnes habitus dati diuinitus poſſint dici ge-
neraliter dona dei. ſpecialiter tamē et appropriate ſe-
ptem ſunt dona ſpūſſancti. que per ordinē Eſa. xi.
ꝙ. Enumerat a ſummo incipiens vſqꝫ ad vltimū deſcenden-
do. Septē igitur ſunt dona multiplici ratione. Primo vt per
hec ſeptem expellantur vitia. ſeptē. ſ. vt timor expellat ſuperbi-
am. Pietas inuidiam. Scientia irā que eſt quaſi quedā inſa-
nia. Fortitudo accidia. Conſiliū auariciā. intellectu gulam Sa-
pientia luxuriā. Secundo dicuntur eſſe ſeptem dona propter
expediendas vires naturales. Nam iraſcibilis indiget expedi-
ri tam in proſperis ꝙ in aduerſis. in proſperis quidē ꝑ timo-
rem. Jn aduerſis autē per fortitudinē. Concupiſcibilis indi-
get expediri quantū ad effectū reſpectu proximi quod fit ꝑ pi-
etatem et quantū ad effectum reſpectu dei quod fit per guſtū
ſapientie. Rationalis vero indiget expediri in veritatis ſpecu-
latione. quod fit per donū intellectus et in veri electione quod
fit per conſilium donū atqꝫ in electi executione quod fit ꝑ ſciē-
tiā. per hāc enī recte conuerſamus in medio nationis praue
et peruerſe. Tertio dicunt̄ eſſe ſeptē dona propter regimē acti-
ue et contēplatiue vite. Contemplatiua ſiquidē tria dona dēt
habere. ſ. timorē ad reuerentiā maieſtatis. intellectū ad intelli-
gentiā veritatis. Sapientiā ad guſtū bonitatis. Actiua vero
habet pietatē ad agendū fortitudinē ad ſuſtinendū ſcientiam
ad diſcretionē pietatis. conſiliū ad diſcretionem fortitudinis.
Plurima ergo dona ſunt ad intellectum ſpectantia. q2 lux co-
nitionis multum valet ad recte viuendum propter eandē cau-
ſam fit donorum cōbinatio vbi quaſi ſemper adiungitur vnū

directiuum cum alio quod ſpectat ad actionem vel paſſioneꝫ
Unde Gregorius ſuper Ezechi. dicit ꝙ ſumus per ſapientiā
maturi. per intellectum prouidi. per conſiliū cauti. per fortitu-
dinē animoſi. per ſcientiā diſcreti. per pietatem miſericordes
per timorem humiles.

## De timore in communi. Cap. xxxix.

Jmor ē vt ait aug⁹. fuga mali. Species timoris ſūt
ſex. Primus eſt naturalis quo quilibet naturaliter
timet nocumentū nature iſte non eſt meritorius ne-
qꝫ demeritorius. quia non ſubiacet libero arbitrio. et dicitur
naturalis non a natura inſtituta ſed deſtituta. quia iſte timor
eſt pro peccato primoꝝ parētū inflictus. hoc timore chriſtus
naturaliter mori timuit. Secundus eſt timor human⁹ quo
quis nimis timet pelli ſue. iſte timor naſcitur ex nimio amore
preſentis vite. et eſt quandoqꝫ mortalis actus eius. i. cum pri-
us quis peccaret mortaliter ꝙ amitteret vitam ſuam. quādo-
qꝫ eſt venialis. vt cum quis faceret prius peccatū veniale ꝙ ꝑ-
mitteret ſe occidi. Tertius eſt timor mundanus quo quis ni-
mis ſuis rebus inheret. Hinc naſcitur ex nimio amore rerum
temporaliū. et eſt quandoqꝫ mortalis quandoqꝫ venialis pe-
nitus eodēmodo quo dictū ē de humano. Quartus eſt timor
ſeruilis quo quis timet peccare principaliter propter penam.
Quintus eſt timor initialis quo timet quis penam et dei
offenſam. vnde quaſi duos habet oculos: vnum ad penam
alium ad deum et hic eſt principalior. Sextus eſt timor fili-
alis quo quis timet offenſam dei. vel ſeparationem a deo
Numerus predictorum timorum ſic accipitur. Aliquis ti-
mor eſt a ſpiritusancto et cum ſpiritu ſancto. ſicut timor initia-
lis et filialis. Aliquis a ſpiritusancto eſt et non cum ſpiritusā-
cto eſt. ſicut timor ſeruilis. Aliquis eſt cum ſpiritusancto. et
non a ſpiritusancto nec cum ſpiritusancto. ſicut timor natura-
lis. Aliquis nec a ſpiritu ſancto: nec cum ſpiritu ſancto ſicut eſt
timor humanus et mundanus: quos nec ſpiritusſancti grā-

tia ſecum comparatur. nec per ſpiritūſanctum dant. Eſt adhuc alius timor reuerentie qui ſolus inter timores erit in patria ſicut dicit. Pſalmus. Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Reuerentia vero eſt reſilitio a conſiderata magnitudine dei in propriam paruitatem. Timor dñi multa bona facit. Primo quia expellit peccatū. Eccle. i. Timor dñi expellit peccatū. Sapientiam gignit. Eccle. i. Qui timet nihil negligit. Mentem ſtabilit. Prouer. Niſi in timore dñi tenueris te inſtanter ſubuertetur domus tua. Spiritualiter data. ps Non eſt inopia timentibus eum. Bona opera cumulat. Eccl. xv. Qui timet deum faciet bona. Cor delectat. Eccle. Timor dñi delectat cor. Vitā prolongat. Eccle. i. Timor dñi apponit vitam. Deuotionem irrigat. Eccle. i. Timor domini fons vite. Eternaliter remunerat. Eccle. i. Timenti deum erit in extremis

### De timore ſeruili. Cap. xxx.

t Imor ſeruilis donum ſpiritusſancti eſt. non tamen eſt cum ſpiritusſancto. ſicut aurora eſt a ſole nō tamē cum ſole. Timor ſeruilis ſpiritui ſancto locum preparat: vt eum ſicut ſeta filium introducat. Seta filium introducendo ipſum precedit non tamen cum ipſo permanet. ſicut ait auguſti. Timor ſeruilis eſt bonū quo nemo bene vtitur: quia licet habitus timoris ſeruilis bonus ſit in ſe ſecundū ꝙ donū ſpiritusſancti eſt. tamen eius actus quandoqȝ peccatum eſt. Timor itaqȝ ſeruilis duo facit. Primū eſt ꝙ preparat viā charitati. Secundum eſt ꝙ retrahit a peccato motu pene tantum. Ratione primi bonus eſt: ſed ratione ſecundi diſtinguitur. Unde notandum eſt ꝙ vſus timoris ſeruilis duplex eſt: ſ. cum quis vtitur eſſentia habitus tantum vel cū quis vtitur ſeruilitate. Primo modo vſus eius bonus eſt. Nam vſus ille abhorret penas eternas quod bonum eſt cum ſit etiam in timore initiali. Secundo modo vſus eius malus eſt quia vſus eius eſt vitare malum ex coactione per penā cuius tamen affectus habetur in voluntate et ſequeretur effectus ſi ſperaretur impunitas. vt ait Auguſtinus. et intelligitur dictum eius qui ait ꝙ timor ſeruilis bonus eſt. non tamen qui timet ſeruiliter bene agit quia agere bonum eſt ex voluntate facere: ſed agere bene id eſt meritorie ex voluntate ē agentis qui agit ex virtute charitatis. et gratie.

### De timore initiali. Cap. xli.

t Imor initialis ideo ſic dictum eſt. quia eſt incipientium primi penitere. vñ Eſa. xxix. Domine a timore tuo concepimus et peperimus ſpiritū ſalutis. Qui adhuc ſunt in anguſtia pro peccato quod cōmiſerunt. ſed āguſtia hoc foras mittitur quando conſcientia ſeneratur ad plenum: quia perfecta charitas foras mittit timorē initialem in quantū habet naturam timoris ſeruilis ſecundū hoc quod. ſ. habet oculum ad penam. Amor enim initialis habet duos oculos. Vnū ad gloriā qui eſt ei eſſentialis. alterū ad penam qui eſt ei accidentalis. ſed timore ſeruili eſſentialis. Preterea timor initialis abſtinet a peccato veniali propter penam purgatorij in quo caſu poteſt conuenire cum perfecto qui ē timet [illegible]num purgatorij inquantum eſt dilatiua glorie. ſiue ſperatiua ad tempus. Duplex eſt amor. ſ. filialis quo deum diligim⁹ propter ſe tantū. et mercenarius quo non diligimus principaliter. ſed ſecundario habito reſpectu ad mercedem. huic duplici amori reſpondet duplex. ſ. initialis et filialis. Nam filialis timor reſpondet amori filiali. Initialis vero reſpōdet amori mercenario

### De timore filiali. Cap. xlij.

t Imor filialis proprie timet offendere deum: qui et ſi propter peccatum non ſepararetur a deo tamen a peccato abſtineret nec ipſum offenderet. Et in hoc timor filialis differt ab initiali qui proprie eſt timor ſeparationis qui propter conſcientiam peccati timet ſeparari a deo. Timor vero filialis tantūmodo timet offendere deum. Alia ē differētia

quia timoꝛ initialis eſt imperfectoꝛum.ſed filialis perfectoꝝ.
Tertia eſt differentia:quia cū in timoꝛe pene ſint duo.ſ.puni-
tio et cautela.Ipſa punitio pertinet ad timoꝛē initialez.talis
enim punitio eſt ex conſcientia peccati de quo neſcit an ſit di-
miſſum.Cautela vero pertinet ad timoꝛē filialem.ſicut enim
perfectus cauet peccatū.quia deū offendit.ita per conſequēs
cauet penam ſed tamen per accidens:timoꝛ etiam filialis di-
citur ſanctus et caſtus.

De dono pietatis. Cap.xliij:

Donum pietatis in tribus conſiſtit.ſcilicet i cultu dei
d in veneratione ſacre ſcripture:et in proximi honore
Cultus dei conſiſtit in profeſſione diuine maieſta-
tis.et hoc eſt theoſebia.Ueneratio ſacre ſcripture conſiſtit in
hoc vt ei firmiter credatur.vt ſollicite cuſtodiatur.et fideliter
diſpenſetur.Honoꝛ proximi conſiſtit in reuerentia ſuperioꝛum
in confoꝛmitate equalium et in ſubuentione inferioꝛum

De dono ſcientie. Cap.xliiij.

Scientie donū ſimilem actū habet cum prudentia q̄
ſ eſt virtus politica.ſed differt in ratione agendi.Pru
dentia enim procedit ex principijs iuris naturalis.
Scientie vero donū ex principijs fidei.Pꝛopꝛius actus ſcien
tie doni eſt docere recte conuerſari in medio nationis praue ⁊
peruerſe.Ad quod requiruntur tria.Primū eſt ꝙ habeat ra-
tiones quibus ſe defendat ab impugnantibus fidem ſuā.Se
cundum eſt ꝙ a malo abſtineat.Tertiū ꝙ bene et prudenter
tempoꝛalia āminiſtret. Propterea ſcientie doni eſt dirigere
opera ad noꝛmā rationis et ad confoꝛmitatem dei.Item per
ſcientie donum ſcitur ne ſub ſpecie boni malū lateat Item do
num ſcientie regit pietatē propter quod etiam hec duo combi
nātur.Item per donum ſcientie ſcit homo quid ſit:et a quo ſit
et ad quid ſit.Scientie donū eſt ſcientia faciendoꝛum:et ideo
ratione ſcientie conſiſtit in cognitione ſecundū quā non virtus
ſ rōe faciendoꝝ conſiſtit in operatione.et ſecundū hoc eſt vir-
tus.

De dono conſilij. Cap.xlv.

Conſiliū ſumitur tribus modis.Quāq̄ dicitur ꝯſilium
c deliberatio de rebus valētibꝰ ad finē ad quē tendimꝰ
et tale ꝯſiliū ptinet ad prudentiā vl' idē ē ꝙ prudētia.Quāq̄ dr
conſiliū perſuaſio rerū excellentiū ad quas non tenemur ſecū
dū ꝙ dicitur hoc eſſe conſiliū.Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vē
de omnia que habes.etc̄.Quādoq̄ dicitur conſiliū prudētia
valde exercitata in medio contēplatiuoꝝ et actiuoꝝ donoꝝ
et deliberatio de operibus arduis.ſiue teneamur ad ea ſiue n̄
et ſecundū hoc ſumitur conſilij donū. Nota ꝙ ſicut ad ſciētie
donū pertinet reprobare malū et eligere bonū.ita pertinet ad
conſilium cauere pericula que ſunt in hoc ſeculo. Item ſicut
ſcientie donum habet regere pietatem:ita donū ꝯſilij hēt re-
gere foꝛtitudinem.In hoc autē differunt conſilium et ſcientia
quia ſcientia eſt circa bonum et malum:ſed conſilium eſt circa
difficile et arduum

De dono ſapientie et intellectus. Capi.xlvi

Sapientia et intellectus differunt.quia ſapientia eſt co
ſ gnitio dei abſoluta:intellectus vero eſt cognitio collo
latiua.ſ.in comparatione ad creaturas Item alia dif
ferentia:quia intellectu cognoſcitur deus.per illuminationez
de auditis in ſcriptura.ſapiētia autē cognoſcitur ipo experimē
to.Itē per intellectū deū cognoſcimus.per ſapientiā dulcedi
nē eius guſtamus.vn̄ ſapiētia dicitur quaſi ſapoꝛe virtutū cō-
dita ſcientia.Itē ſicut dicit Greg.Per intellectū ſumus proui
di.per ſapientiam maturi.

De beatitudinibus in genere. Capi.xlvij

Beatitudines ſunt ſeptem ſecundū diſtinctionez gra
b duum quāuis ſint octo ſcd̄m eſſentiā quas ſaluatoꝛ
enumerat in ſermone de monte.ſ.paupertas ſpiritꝰ
mititas luctus eſuries iuſticie mia.mundicia coꝛdis pax qua-
rū beatitudinū numerus ſic accipitur ſecundū integritatē per
fectionis.Requirūtur autē ad integritatē perfectionis tria.ſ.
receſſus a malo.proceſſus in bono.et perfectus ſtatus in op-
timo.ſane autem omne malum procedit ex timoꝛe ſuperbie:
aut ex rancoꝛe malicie.aut ex langoꝛe concupiſcentie.Contra

hec tria ſunt tres beatitudines.ſ.paupertas ſpiritus cōtra ma
lum tumoris.mititas contra malū rancoris.luctus contra ma
lum libidinis. Item profectus attenditur ſecundum mutatio
nē que eſt ſecundum duas vias domini ſcȝ miam et veritateȝ
de quibus in.ps.i. Uniuerſe vie domini miſericordia et veri
tas. Item ſecundum has duas vias ſumuntur due beatitu
dines.ſ.Eſuries iuſticie et affectus miſericordie.preterea ſta-
tus in optimo attenditur duobus modis.ſ.limpida cognitio
ne.et tranquilla affectione.et ſecundū hoc ſumūtur due vltime
beatitudines.ſ.mundicia cordis ad deū videndū et pax men
tis ad perfecte fruendū.per has ſeptem beatitudines excludū
tur ſeptē capitalia vitia.paupertas ſpiritus excludit ſuperbiā.
Manſuetudo.iram Luctus inuidiā.quoniā qui luget pro pec
catis aliorū non inuidet illis Eſuries iuſticie accidiā. Miſeri
cordia auariciā.mundicia cordis gulam.quia cordis mundi-
cia non ſeruit ventri admodū bruti animalis pax excludit lu-
xuriā:quia guſtato ſpiritu decipit omnis caro.Et ſicut in enu
meratione donorū eſt ordo artificialis quo primo ponuntur
digniora ita in beatitudinibus eſt ordo naturalis vbi dignio
res ponuntur vltimo.

De prima beatitudine. Ca.xlviij

p Aupertas ſpiritus ponitur hic pro abſtinentia ab
amore mundi.i.ab amore carnaliū voluptatū et di-
uitiarū ac proprie excellentie. hec tria complectitur
amor mundi. Unde dicitur ſuper. Luc. Pauperes ſi qui non
querunt ille celroſa. Super Mathe. Greg. Pauperes ſpiritu
ſunt humiles et timentes deū. Alia gloſa dicit ꝙ pauperes
ſunt qui nihil habent et omnia poſſident.

De ſecunda beatitudine. Ca.xlix.

m Itis eſt ſicut dicit Ariſto.qui nec patitur nec de-
ducitur. Eſt autē mititas eadē cū māſuetudine.ha
betur enim i gloſa ſuper Math. ꝙ manſuetus eſt
qui nullā amaritudinē ſentit. Ex quo patet ꝙ manſuetudo ē
purgati animi ⁊ poteſt dici ꝙ māſuetudo eſt ſpecies fortitudi
nis mediante patientia Differunt tamē manſuetudo et patien
tia quoniā patientia ē in ſuſtinentia moleſtiaꝝ corporaliū mā
ſuetudo in ſuſtinentia contumeliaꝝ

De tertia beatitudine Cap̄.l.

l Uctus eſt lugere pro peccato et ipſuȝ odire ita quod
in ſurgamus ad deſtructionē ipſius Lugere auteȝ de
malo vt fugiamus ipm in quantū auertit ab amico.
ſic lugere eſt ſolius charitatis. Lugere autem de quolibet ma
lo ſpeciali eſt cuiuſlibet virtutis. Quelibet enim virtus luget
de ſuo contrario.

De quarta beatitudine Cap̄.li.

e Suries iuſticie eſt vehemens deſiderium iuſticie ſi-
ue ſummi boni. Eſuries autem iuſtitie potius eſt be
atitudo ꝙ̄ eſuries aliarum virtutū cardinalium.quia
per iuſticiam imediate coniungimur deo. quod non fit per ali
as virtutes cardinales. Iuſticia enim prout hic ſumitur com-
prehendit fidem.ſpem charitatem que immediate coniungūt
nos deo.

De quinta. Cap̄.lij

m Iſericordia eſt per quam pro terrenis celeſtia me-
remur. Opera miſericordie ſunt.xiiij.ſ.ſeptem cor-
poralia.et ſeptem ſpiritualia. Corporalia ſunt hec.
Uiſitatio infirmorum. cibatio eſurientium. Potatio ſitientiū
Redemptio captiuorum. Ueſtitio nudorum. Collectio pere-
grinorum. Sepultura mortuorum. Prima ſex de iſtis habe
mus de euangelio. Septimā de Thob. Opera ſpiritualia ſūt
hec Delinquenti ignoſcere. Peccantē corripere. Ignorantem
docere. Titubanti conſulere. Meſtum conſolari pro ſalute p
ximi exorare. Iniurias ſuſtinere. Et hoc vltimi propterea di-
citur opus miſericordie.quia reſponſio mollis et humilis frā
git iram.et hoc pium eſt.ſ.furorem irati mitigare.

De ſexta. Cap̄.liij.

Unditia coꝛdis eſt qua clarificatur coꝛ et munda
tur ad videndū deū et ardentiſſime diligendū. Ac
cipitur autem mundicia coꝛdis hic non pꝛo virtute
ſed pꝛo ſtatu quodam qui eſt purgati animi.

De ſeptima. Cap̄. liiij

Ax eſt ſtatus virtutis in quo eſt delectatio in deo ſi
ne contradictione carnis mundi et diaboli: vel ſi ali
qua eſt inefficax eſt. Unde patet ꝙ pax eſt ſtat⁹ ani
mi purgatiſſimi. Pacificis aūt magis attribuit̄ eē filios dei q̄
alijs. q2 licet mīa maxie aſſimilet hoīem deo quantū ad ope
ra exterioꝛa tn̄ quantū ad iterioꝛa magis aſſimilat pax.

De octaua. Cap̄. lv.

Ctaua beatitudo eſt de qua dicitur. Beati qui perſe
cutionē patiuntur pꝛopter iuſticiā. quia ipſoꝝ eſt re
gnū celoꝝ. Hic virtus. ſ. ſuſtinentia perſecutionū pꝛo
pter iuſticie annexa eſt paci. cū enim pacificus ſit abſq3 cōtra
dictione carnis mundi et dyaboli. Patet q̄ idē paratus eſt ſu
perare tentationē moꝛtis pꝛo chꝛiſto in eodē gradu eſt cū pa
ce. pꝛopter hoc dicimus ꝙ octo ſunt beatitudines quantū ad
eſſentiā. ſed tantū ſeptē quantū ad diſtinctionē graduū quoni
am ſuper pacem non eſt virtus alia. Dicit enim aug. Pax eſt fi
nis et conſumatio oīm virtutū. Octaua beatitudo dicitur redi
re ad caput duobus modis. Pꝛimo quia idē premiū ſibi pꝛo
mittitur ꝙ pꝛime beatitudini. ſ. regnū celoꝝ. Secūdo q2 oēs
pꝛobāt a pꝛima vſq3 ad vltimā vtrum vere ſint. Unde Greg.
Qualis vnuſquiſq3 apud ſe lateat illata contumelia pꝛobat.
Ex his dictis colligitur ꝙ habitus virtutū cardinaliū pꝛinci
paliter diſponunt ad exercitiū actiue. habitus vero donoꝝ diſ
ponunt ad actus contemplatiue maxime. habitus vero beati
tudinū diſponunt ad perfectionē vtriuſq3.

De ſenſibus ſpiritualibus. Cap̄. lvi.

Er ſenſus ſpirituales percipit aīa ſp̄ualia. quia videt
ſponſi ſui pulchꝛitudinē ſub ratione ſplendoꝛis au
dit ameniſſimam armoniā ſub ratione verbi. Gu
ſtat ſummā dulcedinē ſub rōe ſapie ꝯpꝛehēdētis vtrūq3. ſ. vbū
et ſplendoꝛē. Odoꝛat ſummā fragrantiā ſub rōe verbi inſpira
ti. Tangit ſummā ſuauitatē ſub ratione verbi incarnati. et in
ter nos coꝛpoꝛaliter habitātis. reddētis ſe nobis palpabilem
et oſculabilē per ardentiſſimā charitatē. Ex predictis patet ꝙ
ſenſus ſpirituales dicuntur conceptōes mentales circa virtutē
contēplandā que quidē ꝯtēplatio incipit a ſenſu ⁊ peruenit ad
ymaginationē et de ymaginatione ad rationē. et de ratōe ad
intellectum. et de intellectu ad intelligentiā. et de intelligētia
ad ſapientiā ſiue noticiā exceſſiuā que incipit hic in via et con
ſumatur in gloꝛia.

De fructibus ſpiritualibus. Cap̄. lvij.

Ructus duodecim ſpirituales non dicuntur nouos
habitus. ſed ſtatus conſolationū quibus cōſolatur
ſpiritus iuſtoꝛum. et iſte delectationes conſequētur
opera perfecta. Sunt autē iſti fructus charitas. Gaudiū. Pax
Patientia. Longanimitas. Bonitas. Benignitas. manſuetu
do. Fides. Modeſtia. Continentia. et caſtitas.

De dulia et latria. Capi. lviij:

Atria et ſeruitus et reuerentia deo exhibita. vnde, ſi
creature exibetur. honoꝛ deo debitus eſt ydolatria.
Latria compꝛehendit quinq3. ſ. fidem: ſapientiam.
reuerentiam. ſacrificium. et. oꝛationem. Pꝛima duo ſunt coꝛ
dis. alia duo ſunt operis. vltimū eſt oꝛis Dulia debetur crea
ture inquantū eſt imago dei. Unde dulia eſt honoꝛ qui debe
tur ſanctis. Unde de beata virgine ſciendū eſt. ꝙ inꝗtum eſt
perſona ſancta debetur ei dulia. ſed inquantum mater dei de
betur ei iperdulia. id eſt ſuperioꝛ dulia. Sane ſi perſona cui
debetur dulia eſt in pꝛelatione conſtituta debetur ei reueren
tia que conſiſtit in obedientia mandatoꝛum. et in exhibitōne
honoꝛum. Si autem eſt perſona ſimplex debetur ei reuerētia
tantum que conſiſtit in exhibitione honoꝛum. Iperdulia de
bentur creature excellenti ſicut eſt caro chꝛiſti. Beata virgo
crux chꝛiſti. Unde ſciendū eſt ꝙ vere ligno crucis chꝛiſti i quo
pependit ſiue ſit figurata ſigno crucifixi debetur iperdulia.

quia eſt inſtrumentum noſtre redemptionis.crucibus autē fa
ctis inquantum ſunt lignū ſiue res tales nihil debetur:ſed cru
cibus factis in ſignū chriſti crucifixi debetur latria. Jmagini
bus autē eadē debetur adoratio que debetur et illis quorum
ſunt ymagines non inquantum res facte adorantur.ſed illos
quoꝝ ſunt ymagines adoramus.

De preceptis in genere. Cap̄.lix.

p Receptum eſt imperiū faciendi aliquid vel non faci
endo. Preceptorum alia ſunt affirmatiua . vt hono
ra patrem alia negatiua.vt non occides. Precepta
affirmatiua ſtricte ſumēdo dicuntur precepta.ſed negatiua di
cuntur prohibitiones. Precepta affirmatiua obligant ſemper
ſed non ad ſemper. Sed negatiua obligant ſemper et ad ſem/
per. Precepta decalogi poſſunt dici data vel innata. Primo
modo tantum pertinent ad populū iſraeliticum. Secundo
modo ad omnes obligant.quia quicquid cōtinet decalogus
explicite hoc tımet lex nature que ſcripta eſt in corde cu/
iuſlibet implicite. Jſtud enim preceptum legis nature.ſcꝫ qd̄
tibi non vis fieri alijs ne feceris.includit hec precepta. Nō oc
cides. Non furtum facies et huiuſmodi que decalogus ponit
explicite. Quedam precepta traduntur imparatiue.ſ. illa que
ſunt affirmatiua.quedā indicatiue.ſ.negatiua.et hoc ideo . qꝛ
difficilius eſt facere bonum ꝙ̄ declinare malum plures enim
in faciendo bonū requiruntur circunſtantie. Jn quibuſdam
preceptis prohibetur actus et effectus,vt patet in his.Nō me/
chaberis.Non concupiſces rem proximi tui: quia appetitus
eſt nimis ordinatus ad illa Jn quibuſdam ſolūmō prohiben
tur actus.vt cum dicitur non occides. Hoc dico ſecundum for
mā tradendi.non per virtutem intelligendi.quia omnia pre/
cepta negatiua cohercent manū et animū. Multis modis li/
gamur.ſ.lege nature vt eſt diligere deū ſuper omnia . et nulli
facere quod nobis fieri nolumus preceptis diuinis vt legaba
tur Adam preceptis ſibi datis et iudei ſuis. Uotis quia ſecū
dū auguſti. Uouere eſt voluntatis.ſed reddere eſt neceſſitatis
vnde quibuſdā conſilia etiam precepta ſunt ſicut religioſis.q̇
vouerunt talia decretis patrū.vt eſt ieiunare aliquas vigili/
as et huiuſmodi. Conſuetudine ſecundū ꝙ in francia primo
genitus ſuccedit ī regno. Mandatis prelatoꝝ. Unde ſuper ca
thedram moyſi etc. Conſcientia:quia ſecundū auguſti . Quic
quid contra conſcientiam edificatur ad gehennā. numerus p̄
ceptorum ſumitur ſic.quia quidam ordināt nos ad deū que/
dam ad proximū. Quod deus inſinuare voluit quando in du
abus tabulis legem dedit Jn prima tabula ſunt tria precepta
que pertinent ad deū. Primū pertinet ad patreꝫ qui eſt de di
uina vnitate. Secundum ad dei filium quia eſt de iuramenti
veritate. Tertium ad ſpiritūſanctū quia eſt de ſpirituali voca/
tione. Jn ſecunda tabula ſunt ſeptem precepta ad proximum
ſpectantia. Primū eſt de exhibendis bonis:vt eſt illud Hono
ra patrem tuum etc. Reliqua ſex ſunt de cauendis malis que
inferri poſſunt corde vel opere vel ore. Opere ledimus proxi/
mū tripliciter propter quod dātur tria precepta. Primū ē nō
occides. Secundū.non mechaberis. Tertiū non furtū facies.
Ore quoqꝫ ledimus proximū .et contra illud non dices cōtra
proximū tuū falſum teſtimoniū. Corde ledimus proximum
dupliciter. Quandoqꝫ reſpectu rei irrationalis. De hoc dicitur
Non concupiſces rem proximi tui. Quandoqꝫ reſpectu rei ra/
tionalis et de hoc dicitur non ꝯcupiſces vxorem proximi tui.

De primo precepto. Captiū.lx.

p Rimū preceptum habet tres clauſulas . Prima eſt
non habebis deos alienos coram me vbi prohibe
mur adorare creaturas ſpirituales.ſcꝫ angelos. Se
cunda eſt non facies tibi ſculptile.hoc ē ymagines fictas que
nullius rei naturalis ſunt repreſentatiue. Tertia eſt neqꝫ om/
nē ſimilitudinem.ſ.ymaginem rei naturalis et ſequitur que eſt
in celo deſuper ſolis et lune.et que in terra deorſum.vt homi
nis bouis et ſimiliū. Neqꝫ coꝝ que ſunt in aquis ſub terra.i.
piſcium nō adorabis ea.ſ.actu exteriori.neqꝫ colles.i. affectu
interiori. Ex his patet ꝙ non reprehenduntur chriſtiani qui
faciunt ymagines non quidem ad adorandum ſed ad memo
randum. Honor autem qui exhibetur non eſt latrie ſed dulie

Secundum rationem alegoricam. Prima clauſula huius precepti oſtēdit iudeos et ſaraccnos eſſe ydolatras qui deos habent alienos. Judei quidem meſſiam. Saraceni Magumeth Contra ſecundā clauſulam. ſ. non facies tibi ſculptile faciunt heretici peſſimi qui non credunt de deo niſi ꝙ ymaginatione ſua et fantaſia confingunt. Contra tertiam faciunt mali quia ſuperbi colunt ſimilitudinem eorum que ſunt ſuper terram. ſ. honores. diliguntqꝫ prelaturas. Auari colunt ſimilitudinem eorum que ſunt in terra. ſ. pecuniaꝫ et diuitias voluptuoſus colit ſimilitudinē eoꝝ que ſunt in aquis. i. delicias voluptatis

De ſecundo. Cap̄. lxi

f Secundum eſt non aſſumes nomen dei tui ī vanum. Hic prohibetur iuramentum quod fit ſine cauſa et periurium. Vterqꝫ enim peccat. ſ. pro nihilo iurans et falſo iurans aſſumit nomen dei in vanum. quia primus ſine cauſa nominat ſummam veritatem. Secundus autem nominatam contemnit. Tribus modis quis peccat in periurio vel iurando contra conſcientiam: vel iurando illicitum. vel veniendo contra iuramentum Preterea ſciendum eſt ꝙ iuramenta que quis ex certa ſcientia facit vel ſonant in blaſphemiā: vt quando quis iurat per corpus dei et ſimilia. vel ſonant irreuerentiam. ſicut quando iurat per vulnera chriſti. ſunt peccatū mortale vel graue etiam ſi verum eſt ꝙ iurat iſtud preceptum non ſolum intelligitur ſecundum predictam rationem litteralem. ſed ſecundum intentionem moralem: aſſumitur enim nomen dei in vanum multipliciter. ſ. corde. ore et opere. corde ſicut mali qui tantū nomine ſine re dicunt chriſtiani qui licet ſacramentū receperunt. baptiſmi tamen rem ſacramenti non habent. i. gratiam. Ore. ſ. mala iuratione voti tranſgreſſione. predicatione facta vna intentione et indeuota oratione: de qua dicitur populus hic labijs me honorat etcc. Opere ſecundū ꝙ ypocrite nomē dei aſſumunt in ſimulatōne operis exterioris non in puritate cordis. vnde ſumunt in vanū quia receperunt mercedem ſuam.

De tertio precepto. Capi. lxij.

t Tertium eſt Memento vt diem ſabbati ſanctifices & non facies omne opus in eo hoc precepto quoddā eſt morale. vt vacatio que ad deum eſt orando. colēdo meditando. quoddam cerimoniale. vt aſſignatio diei ſeptimi qui ſignat triplicem ceſſationem peccati. Allogorice quietem corporis chriſti in ſepulchro. Anagorice requiē eternaꝫ in celo. Iſtud ergo preceptum poteſt tripliciter accipi. Primo generaliter vt ceſſemus a vitijs. Secundo ſpecialiter vt ceſſemus ab operibus corporalibus que impediunt vacationem ad deum. Tercio ſpecialiſſime. vt eſt in viris contemplatiuis qui ab omnibus mundanis ſeparant vt totaliter deo vacent. Prima vacatio eſt neceſſaria. ſecunda debita. tertia perfecta. Secundum ergo ꝙ ſabbatum dicitur requies ſiue vacatio ad deum. ſic dies dominica poteſt dici dies ſabbati et quelibet dies ſtatuti ad venerationem diuinam in quibus ceſſandum eſt ab opere ſeruili. i. a peccato et ab opere impediente vacationem ad deum: opera enim ſeruilia determinanť ab eccleſia vt opa mechanica q̄ ſūt agricultura mercatū placita exercita

De quarto precepto. Capi. lxiij

q Quartum eſt Honora patrem tuum et matrem tuam Huic precepto additur promiſſio. ſ. vt ſis longeuus ſuper terrā: quia iuſtum eſt vt conſeruatio vite aliene mercatur conſeruationem vite proprie. Pater dicitur ī hoc mandato qui eſt principium per generationem quo ad eē nature. vt pater carnalis vel qui eſt principiū per miniſterium regenerationis quo ad eſſe gratie. vt pater ſpiritualis. Sumitur alio modo pater non ſecundum rationem propriam: ſed ſecūdū rationē perſone q̄ dicitur pater etate. vł pro rege q̄ dicť pr̄ defēſiōe. Honor hic intelligiť dupliciter. ſ. exhibito corporalis in ſuſtentatione et ſpiritualis in reuerentia et obedientia. ſed

in obedientia diuerſificatur ſecundū diuerſitatem patrū : quia patri ſpirituali debemus obedire in ſpiritualibus.ſ.prelato ſeculari.ſ.regi in temporalibus reipub.patri carnali in diſpoſitione rei familiaris.

De quinto precepto: Cap̄.lxiij

q Uintum eſt non occides. Hic explicite prohibetur homicidiū.ſed implicite omnis motus ire cōtra proximū ſiue ille ſit tantū cordis.vt ira ſiue oris.vt contumelia.ſiue operis.vt percuſſio circa mortē vel depiliatio prohibet hic oīs occaſio iniuſta q̄ ſit tripliciť.ſ.ex cāvt i illo q̇ occiditur ſine culpa vel ex ordine vt cū ille q̇ nō eſt miniſter legis occidit vl' ex oīa vt qn̄ miniſter legiſ occidit n̄ amore iuſticie ſ̄ libidie vīdicte. diſtīguit hoīcidij gen? dupliciť.ſ.verū qđ diciť corporale.et interpretatiue quod dicitur ſpirituale. homicidium ſpirituale fit duobus modis. Uno modo omittendo vt cum quis videt alium in extrema neceſſitate et non ſubuenit ei.interpretatiue dicitur eū occidiſſe. Alio modo fit cōmittendo.et hoc quandoq₃ corde.ſ.odiendo.i.Jo.xx. Qui odit fratrē ſuū homicida eſt quandoq₃ ore.ſ.detrahendo quia ille cui detrahitur occiditur in conſcientia illius qui odit detractorez i qua prius viuebat per bonā famā quandoq₃ opere.ſ.malo exemplo alicui occaſionē ruine preſtando.et tunc interpretatiue dicitur illum occidiſſe.

De ſexto. Cap̄.lxv.

ſ Extum eſt. Non mechaberis In hoc precepto vt đt aug? prohibetur omnis illicitus concubitus et omis illegitimus vſus eoꝝ membroꝝ De hac materia quere ſupra li.iij.in.c.de luxuria et.c.ſequenti.

De ſeptimo. Capi.lxvi

ſ Eptimū ē Nō furtū facies. Hic ſcđm aug.ꝓhibeť oīs contractio rei aliene ex cupiditate.ↄtractio rei aliene pōt fieri licite tribus modis. Primo qn̄ fit non ex cupiditate. ſed ex obedientia ſicut fecerunt filij iſrael offerendo vaſa egyptiorū. Secundo quando fit ex cautela vt ſi aliquis fureť gladium furioſi ne ſibi vel alijs noceat. Tertio quando fit ex neceſſitate: vt cum aliquis exigiens ad mortem furatur panē.quia i neceſſitate ſunt omnia cōmunia.

De octauo precepto. Capł. lxvij.

o Ctauum eſt Non loqueris contra proximū tuū falſum teſtimoniū. Hic prohibeť omne genus mēdacij.ſicut dicit auguſti. ꝙ determinatur per tres differentias. Eſt enim mendaciū pernicioſum quod nocet officioſū quod prodeſt iocoſum quod delectat. Includitur in hoc p̄cepto taciturnitas veritatis tempore neceſſitatis.tamē cauſa ⁊ oportunitas facit ipſam taciturnitatē veritatis eſſe licitā

De nono et decimo. Cap̄.lxviij.

n Onum et decimū preceptū eſt. Non concupiſces rez proximi tui.nec deſiderabis vxorē eius.non ſeruum non ancillā.non bouem.non aſinū nec omnia que illius ſunt. Duo prohibentur hic.ſ.ↄcupiſcentia carnis in vxore proximi ⁊ concupiſcentia oculorum in re aliena Nam ad hec duo maxime inclinatur natura corrupta ad vnū propter cōſeruationē ſui ineſſe indiuidui ad alterū propter conſeruationem ſui ineſſe ſpeciei. Hic non prohibetur appetitus qui eſt ex corruptione fomitis.vel ad delectationē ſenſualitatis quia impoſſibile eſt ꝙ ille concupiſcentie non ſint in nobis. ſed ꝓhibetur habitus qui eſt ex conſenſu rationis quāuis iſtud preceptum ad duo tantum determinetur.tamen videtur ibi vniuerſaliter omnis concupiſcentia male voluntatis.

De conſilijs in genere. Cap̄.lxix

c Onſilium prout diuiditur contra preceptum eſt ꝑſuaſio melioris boni ad quod non tenemur. Conſilia in multis differunt a preceptis. Primo quia ad precepta tenemur: ad conſilia vero non.quia precepta ſeruare eſt neceſſitatis.conſilia vero voluntatis Item lex vetus et precepta

euangelia vero conſilia ſuper addunt. Item conſilium perti-
net ad perfectos. Preceptum ad perficiendos. ſed permiſſio
ad imperfectos. prohibitio vero ad peruerſos. Item prece-
pta ſeparant nos ab illicitis. conſilia vero a conceſſis. Itē per
precepta declinamus peccatū. ſed per conſilia occaſiōes pec-
cati. Item per precepta maxime negatiua penā fugimus.
ſed per conſilia precepta cumulamus. Itē conſilia ſeruata af-
ferunt premiū: non ſeruata non adducunt ſuppliciū. Itē ad ꝓ
cepta conſtringimur ex debito. ſed ad conſilia non niſi ex vo-
luntate. Item conſilium per votum fit preceptum. ſicut ait au
guſti. Vouere eſt voluntatis. ſed reddere eſt neceſſitatis Itez
melius eſt eſſe deuotū in minoribus ꝙ in maioribus indeuo
tum inueniri. Unde melius eſt nuda precepta ſeruare cū deuo
tione ꝙ ſe ad conſilia obligare et in his negligentē eſſe. Nota
ꝙ in lege moſayca fuerunt iudicia cerimonialia et moralia.
Lex autem euangelica iudicia temperat partē auferendo figu
ras euacuat rerū veritatē exhibendo precepta conſumat adij
ciendo: adijcit autē tria. ſ. inſtructionem documentorum Pro
miſſionem premioꝝ. et perfectionē conſilioꝝ. Et ideo dici
tur lex moſayca ab euangelica differre: quia illa figurarum eſt
hec veritatis iſta pene. hec gratie illa litteralis: hec ſpiritualis il
la occidens hec viuificās illa timoris: hec amoris illa ſeruitu-
tis. hec liberalitatis illa oneris. hec honoris.

De conſilijs euangelicis. Cap. lx.

C Onſilia que chriſtus adiecit preceptis ſunt iſta. Pri-
mū eſt paupertas qui conſiſtit in abdicatione propri
etatis. vñ Luce. xiiij. Qui non renunciauerit omib⁹
que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. Math. xix. Om
nis qui reliquerit domū vel fratres etc. propter nomē meum
centuplū accipiet et vitā eternā poſſidebit. De hoc Iero. Mo-
nacus habens obulum nō valet obulū. Secundum eſt obedi
entie vnde illud ſuper cathedram mo. ſederunt ſcribe et pha.
que di. fa. etc. Mathei vltimo. Si quis vult poſt me venire ab

neget ſemetipſum et ſ. etc. Sciendum autem ꝙ duplex eſt obe
dientia. ſ. perfecta que ſe extendit ad omnia que non ſunt con
tra deum vel contra regulam quam quis profeſſus eſt: et que
diſpenſationi prelati non ſubditur. De hac obedientia. bern.
Perfecta obedientia legem neſcit terminus non artatur non
continentur profeſſionis anguſtiis Ad hanc nullus tenetur de
bito neceſſitatis. ſed ſolum perfectionis ſicut tenemur ſemper
imitari cariſmata meliora. Alia eſt obedientia perfecta tamē
ſufficiens ad ſalutem quia quis obedit tantū in his que ſerua
re promiſit. vel in illis que in his implicite continent. ſicut ſunt
illa ſine quibus religionis perfectio non ſeruatur: vt recipere
officia et huiuſmodi. et talis obedientia neceſſitatis eſt. cū er
go dicit beatus Benedictus in regula ꝙ ſi talis prelatus preci
piat aliquid impoſſibile. tenendum eſt facere loquitur de obe-
dientia perfecta quam obſeruat ſubditus ĩ his ad que nō obli
gatur ad prelati preceptum conſilij eſt et magne perfectionis
et non neceſſitatis. ſed ſi ſeruat ad ſimplicem ammonitionem
tale quid eſt maioris perfectionis. Tertiū eſt caſtitas de qua
dicit. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnū etc. Ad
illud pertinet illud Math. Audiſtis quia dictum eſt antiquis
non mechaberis. Ego autem dico vobis. Qui viderit mulie
rem ad concupi. eam etc. Hic oſtendit ꝙ non ſolum cōſenſus
eſt damnabilis ad opus mechationis. ſed etiam cōſenſus ad
delectandum. Nota ꝙ concupiſcere ex ſubito motu veniale
eſt: ſed concupiſcere ex deliberatione perficiendi mortale eſt.
predicta tria conſilia ſunt ſpiritualia et ſubſtantialia omis per
fecte religionis. quia ſuos obſeruatores elongant a malo nō
ſolum quantum ad culpam: ſed etiam quantum ad cau-
ſam. Omne namq; malum oritur ex triplici radice. ſcilicet
ex concupiſcentia carnis et concupiſcentia oculorum. et ex ſu-
perbia vite. predicta tria conſilia perfecte nos elongāt ab hac
radice triplici. Quartum conſilium eſt charitatis. Diligite
inimicos veſtros. Luce ſexto: Iſtud quantum ad dilectio-
nem effectus eſt preceptum. ſed quantum ad dilectionē effe-
ctus eſt conſilium: quia inimico velle gratiam et gloriam

eſt neceſſitatis.ſed oſtendēre ei ſigna beniuolentie eſt perfe/
ctionis et conſilij.vnde ad hoc omnes non tenentur ſane nega
re homini ſigna familiaritatis quando veniam petit Vel ne/
ceſſitas expoſcit vindicta eſt.vel quando ſe ille qui hoſtis erat
ad familiaritatē ingerit ſi habeatur preſumptio ꝙ non ſimula
te vel irriſorie faciat. tunc diligendus.et inter amicos cōpu/
tandus.ſed ꝙ aliquis vltro ſe ad familiaritatē inimico īgerat
hoc perfectionis eſt. Vnde ꝙ aliquis iniuriam paſſus reconci
liationē querat et amicitiam non eſt debitū neceſſitatis ſine
quo non eſt ſalus:ſed eſt perfectionis et conſilij quo magnū
expectatur premiū. Quintū eſt manſuetudinis. Mathei.v.Si
quis te percuſſerit in vnā maxillā prebe ei aliam:hoc ſic intel
ligitur. Paratus ſis aliā ſuſtinere patienter.et iſtud conſilium
eſt patientie reſpectu leſionis corporis. Sed ad idem pertinet
illud quod eſt patientie reſpectu ablationis rerū ſicut eſt illud
Qui vult tecum contendere in iudicio et tunicā tollere.relique
ei et palium. Nota ꝙ contingit ſua repetere coram iudice fi
deli dupliciter.aut cū contentione et fraude aut cum charitate
Primū nulli licet. Secundū vero licet infirmis et imperfectis.
perfectis autem non. Vnde non repetere conſilium eſt infir/
mis perfecti vero preceptum. Illis autem qui renunciauerūt
proprietati non licet repetere ſua vt ſua.ſed vt ꝯgregationis et
nec propter ſe.ſed propter cōmune bonū. Sextum eſt miſeri/
cordie et ſupererogationis.vt illud. Omni petenti te tribue et
illud. Si vis perfectus eſſe vade et vende omnia que habes et
da pauperibus. Nota ꝙ dare ſuperfluū eſt neceſſitatis i ne
ceſſitate extrema.ſed dare quibus egemus conſilijs Auguſti.
Melius eſt minus agere ꝙ̄ plus habere. Quod autē dicit do
minus. Omnia quecunꝙ vultis vt faciant vobis hoīes vos
eadem facite illis ſic intelligendum. Quecunꝙ vultis rationa
biliter et dictante charitate vt faciant vobis etce. Vnde ſi pa/
teremus rem aliquā et non videremus illud eſſe rationabile
non vellemus iam rationabiliter dari nobis. Septimū conſi/
lium eſt de ſimplicitate verborū:vt ibi ſit ſermo veſter eſt eſt:
non non. Cuius ſenſus eſt ſi affirmatio vel negatio eſt in ore

ſit et in corde et ab hoc conſilium reducitur illud. Audiſtis ꝙ
dictum eſt antiquis non periurabis. Ego autem dico vobis
non iurare omnino. Nota ꝙ iurare quantum ad infirmitatē
pertinet permiſſionis eſt. Non iurare autē quantū ad perfecti
onem pertinet conſilij eſt. Prohibet dominus iurare per crea
turas.ſ.per celum et terrā.vel capillū.propter ydolatriā. Nec
ſcilicet credamus aliquid numinis eſſe in illis. Fiunt tamē
iuramenta per euangelium et cruces.i.per eum cui hec ſūt de
dicata. Octauum eſt de vitanda occaſione peccati.vnde dicit
Si oculus tuus ſcandalizat te erue eū et proijce abs te.ſcdm
Aug. Nullū mēbrorum erui precipitur ad litterā.ſed occaſio pec
candi. Poteſt enim occaſio eſſe ex aſpectu.et tunc oculus ſcan
dalizat. Vnde poteſt eſſe occaſio ex contactu.et tunc manꝰ ſcā
dalizat. Poteſt inſuper eſſe occaſio ex alio et hoc vel a conſili
ario qui dicitur oculus.vel ab adiutore qui dicitur manus.et
eſt dextera que eſt adiutor in ſpiritualibus. Siniſtra in tem/
poralibus. Huiuſmodi enim ſi ſcandalizant abijciendi ſūt ꝙ
occaſiones peccāpi ſunt abijciende. Nonū conſiliū eſt de recti
tudine intentionis ac finis. Vnde dicitur. Attendite ne iuſti/
ciam veſtrā faciatis coram hominibus etc. Item illud neſciat
ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Item ſic luceant opera ve
ſtra coram hominibus vt glorificant patrem veſtrū etc. De his
nota ꝙ contingit conſtituere duos fines.ſ.temporalē et eter/
nū.ſed ſi eternus finis eſt vltimus.hoc bene licet Actio autē
ſpiritualis vel predicatio non poteſt referri ad finē temporalē
ita ꝙ illud temporale referatur ad deū.quia nō ſunt facienda
mala vt veniant bona. et quod dicit Auguſti. Non debemꝰ
euangelizare vt manducemus.ſed manducare vt euangelizē
mus. Nota ꝙ tenemus illos actus referre ad deū quorum
habemus dominū ex imperio rationis.vt eſt manducare.co
gitare.eligere et ſimilia.ſed non tenemur actus referre inobe/
dientes rationi vt eſt nutritiua.reſpiratiua.et huiuſmodi. De
cimū conſiliū eſt de conformitate operis ad doctrinā: vt ibi
Alligant onera grauia et importabilia.digito autē ſuo nolūt
ea mouere ꝛc. Ad idē hypocrita eijce prius trabē de oculo tuo

etc. Nota ꝙ in predicatione aſſeritur aliquando tentio ge/nera liter. ſcilicet de his que pertinēt ad ſtatum ſalutis aliquā do aſſeritur Tertio ſcd͡m ſtatū perfectionis: vt pote religiōis. Primo modo tenetur predicator facere quod dicit. Cum aſ/ſerit ad hoc omnes teneri. Secundo modo non tenetur niſi p/fectionem illam ipſe nouerit. Utrum autem malus peccet pre dicando. Diſtinguitur. quia exiſtēs in peccato notorio peccat quando predicat: ſiue ex neceſſitate officij hoc faciat. ſiue ex vo luntate: quia ſcandalizat. Exiſtens autē in peccato occulto ſi predicat et non ſtudet ex dicto ſuo compungi adhuc videtur peccare: quia videtur contennere. Undecimū conſilium eſt de vitanda ſolicitudine vt ibi. Nolite ſolicitieſſe etce. et ibi. No lite cogitare de craſtino. Sciendū ꝙ triplex eſt ſollicitudo. Prima eſt laudabilis: vt eſt prouidentia ſpiritualis. Uū apo ſtolus. i. ad Corinthi. vij. Qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt que dei ſunt quomodo placeat deo. Item ad ro. ca: xij. de prela/tis. Qui preeſt in ſollicitudine. Secunda eſt tollerabilis. et eſt ſollicitudo cure temporalis quo ad corpus. Luce. c. xx. Mar/tha martha ſollicita es et tur. erga plu. Tertia eſt vituperabi/lis et iſta eſt ſuperflue theſaurizationis quo ad auaritiam. Ec/cle. capitulo ſecundo. Peccatori autem dedit deus afflictionez peſſimā vt addat et congreget. et hoc vanitas et caſſa ſollicitu/do mentis. Sollicitudo prima precipitur. ſecunda tolleratur. tertia prohibetur. Duodecimum eſt fraterne correctōis ibi Si peccauerit in te frater tuus etc. Nota ꝙ fratrem corripe/re quandoqꝫ conſilium eſt. vt quando corripitur ſuper veniali bus. quandoqꝫ eſt preceptum: vt corripere de mortalibus. de ſecundo modo ad omnes pertinet et obligat ſemper. ſed non ad ſemper. quia pro loco et tempore ſcilicet quando vacat et videt ꝙ vtilis eſt correctio. Sciendum eſt ꝙ triplex eſt cor rectio. ſcilicet amoris. timoris. et pudoris. hunc ordinem fra/terne correctionis docet dominus in euangelio. Primo eniꝫ innuit fratrem reuocandum eſſe amore. Cum iubet eum ſin/gulariter corripere dicens. Corripe eum inter te et ipſum ſolū ſed ſi hoc non valet docet eum eſſe reuocandū timore vbi ait.

Si te non audierit adhibe vnum vel duos tecum. et ſi hoc nō valuerit docet eum eſſe reuocandum timore vbi ait. Si te non audierit adhibe vnum vel duos tecum. et ſi hoc non valuerit docet eum eſſe reuocandum pudore vbi dicit. Si nec illos au dierit dic eccleſie. Si autem eccleſia non audierit ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. i. excōmunicari debet. et ſic euitari. Sane predictus ordo fraterne correctionis intelligitur tantuꝫ de criminalibus quia de culpis ꝯmunibus ſolent clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare. non premiſſa tamen admonitio/ne. Ueruntamen accuſans alium caueat diligenter ne hoc fa/ciat ad diffamandum. ſed ad corrigendum quoniam ſi quis ex de deliberatione contrariū faceret mortaliter peccaret.

Explicit liber quintus. Incipiunt capitula libri ſexti.


| | |
|---|---|
| De medicina ſacramentorum. | Capi. primū. |
| De diffinitionibus ſacramenti | Capi. ij. |
| De ſacramentis noue legis | Capi. iij |
| De effectu ſacramentorum | Capi. iiij |
| De numero ſacramentorum | Capi. v. |
| De poteſtate diſpenſationis ſacramentorum | Cap̄. vi |
| De triplici ſtatu fidelium | Capi. vij. |
| De inſtitutione ſacramentorum | Capi. viij |
| De baptiſmo. | Capi. ix. |
| De catheciſmo et exorciſmo. | Capi. x. |
| De confirmatione | Capitulū. xi |
| De eucharиſtia. | Capi. xij. |
| De dignitate eucharistie | Cap̄. xiij |
| De mirabilibus que fiunt in eucharistia | Cap̄. xiiij. |
| De dignitate in ſuſcipientibus corpus chriſti | Ca. xv. |
| De modis ſumendi eucharistiam | Capi. xvi. |
| De abſtinentia a cōmunione. | Cap̄. xvij. |
| De officio miſſe | Capi. xviij |
| De negligentijs que ſunt in miſſa | Capi. xix. |

De penitentia. Cap̄.xx.
De qualitate penitentie Cap̄.xxi.
De effectu penitentie Cap̄.xxij.
De partibus penitentie Cap̄.xxiij
De contritione Cap̄.xxiiij.
De confeſſione Cap̄.xxv.
De qualitate et effectu confeſſionis Cap̄.xxvi.
Cui debeat fieri confeſſio Cap̄.xxvij
De ſigillo confeſſionis. Cap̄.xxviij.
De ſatiſfactione. Cap̄.xxix.
De partibus ſatiſfactionis Cap̄.xxx
De iuſtificatione impij Cap̄.xxxi
De penitentia venialium Cap̄.xxxij.
Propter quid dimittitur peccatum veniale Cap̄.xxxiij.
De extrema vnctione Cap̄.xxxiiij.
De ſacramento ordinis. Cap̄.xxxv.
De qualitate ordinandorum Cap̄.xxxvi.
De ſacramento matrimonij. Cap̄.xxxvij.

Expliciunt capitula. Incipit liber ſextus.

De [redacted] ſacramentorum. Capitulum primū.

medicina

cElestis medicus humani generis reparatiuus tali modo ſanauit egrotum ſicut oportune competebat egrotanti et egritudini et occaſioni egrotandi et ipſius egritudinis curationi. Egrotus igitur eſt homo. Morbus autē originalis eſt culpa. Origo iſti⁹ culpe licet principaliter fuerit ex conſenſu rationis occaſionē tamen ſumpſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo ꝙ medicina reſpondeat morbo oportuit ꝙ non tantum eſſet ſpiritualis. ſ aliquid haberet de ſenſibilibus ſignis vt ſicut ſenſibilia fuerunt anime occaſio labendi: ita eſſet ei occaſio reſurgendi. Et propter hoc medicina noſtri vulneris conſiſtit in eccleſiaſticis ſacramentis.

De diffinitionibus ſacramenti. Cap̄.ij

ſAcramentum eſt vt ait aug⁹ inuiſibilis gratie viſibilis forma. Hec diffinitio generalis eſt et conuenit ſacramentis tam noue ꝙ veteris legis quia tam illa ꝙ iſta ſunt ex ſimilitudine repreſentatiua et ex inſtitutione ſignificatiua. Sciendum enim ꝙ eadem diffinitio conuenit ſacramentis noue legis. ſed ſic ſuplenda eſt ita vt eius ſimilitudinē gerat. et cauſa exiſtat: quia non ſolum ex ſimilitudine repreſētant vel ex inſtitutione ſignant. ſed ex virtute diuina ſanctificāt et gratiam conferunt per quam anima curatur ab infirmitatibus vitiorum. et hoc eſt quod inſinuat. Auguſti. in alia diffinitione dicens. Sācramentū eſt illud in quo ſub tegumēto rerum viſibilium diuina virtus ſecretius operatur. Eſt et tertia diffinitio. Hugo de ſancto vic. qui ait. Sacramentū eſt materiale elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum. ex inſtitutiōe ſignificans: ex ſimilitudine repreſentans: et ex ſanctificatione aliquam gratiam conferens inuiſibilem. Tria tanguntur hic que ſunt de ratione ſacramenti ſtricte et proprie ſumpti. Primum eſt naturalis ſimilitudo ex qua habet aptitudinem ſignificandi. Secundū eſt actualis inſtitutio ex qua habet ordinē determinatū reſpectu huius ſignificati. Tertium eſt ſpiritualis ſanctificatio ex qua habet virtutē efficiēdi illud ſignificatū.

De ſacramentis noue legis. Cap̄.iij.

ſAcramenta legis gratie chriſtus inſtituit tā ꝙ legiſlator, in qua vocans ad premia dedit precepta inſtituit ſacramenta. Chriſtus enim verbum patris cum ſit ſūme veritatis et bonitatis et ſumme virtutis. Ratione ſūme bonitatis promiſit premia beatificantia. Ratione veritatis dedit precepta dirigentia. Ratione virtutis inſtituit ſacramenta adiuuantia, vt per ſacramenta reparetur virtus ad implenda p̄cepta et per precepta perueniatur ad premia. Inſtituit autem ſacramenta in verbis et elementis, vt ait auguſti. Accedit verbum ad elementum, et fit ſacramentum. et eſt etiam elementum pro materia et forma verborum pro forma. Ad hoc vero inſtituta ſunt ſacramenta in verbis et elementis. vt haberent euidentiam ſignificandi et efficatiam. ſanctificandi. quia duz

elementa oculis et verba auribus ſe offerunt qũi ſunt duo ſen
ſus precipue cognoſcitiui dant euidentiã ſignificationis. Dei
de verba ſanctificant elementa: vt plenior fiat humane curatõ
nis efficatia. Inſtituit autẽ deus ſacramẽta diuerſimode. que
dam enĩ ſunt ante aduentũ ſuũ vt matrimoniũ et penitentia.
Sed hec duo confirmauit et conſumauit in lege euãgelica dũ
penitentiã predicauit et nuptijs interfuit. Alia quinq; ſacra-
menta chriſtus initiauit. Confirmationẽ quidẽ paruulis ma-
nũ iponendo. Unctionẽ vero diſcipulos ad curandũ mittẽdo
qui infirmos vngebãt oleo. ſicut dicit in. Math. Baptiſmum
vero ſuſcipiendo: deinde formã dando. Ordinẽ autẽ poteſta
tẽ ligandi et ſoluendi tribuendo et conficiendo ſacramentũ al
taris. Euchariſtiã ante operãdo Cõparando ſe grano ſinapis
et conficiendo ac dando diſcipulis iminẽte paſſione ſacramẽ
tũ corporis. et ſanguinis ſui. inſtituta ſunt etiã ſacramẽta mul
tiplici de cauſa. Primo propter humilitatẽ qua hõ querit ſa-
lutẽ inferioribus ſe. Secundo propter eruditionẽ qua hõ per
viſibilia ad cognoſcenda inuiſibilia rapitur. Tertio propter ex
ercitationẽ qua homo noxiã declinet occupationẽ et ocium
Quarto propter congruitatẽ medici ad medicinã. quia cum
medicus ſit deus et homo congruenter continere: medicina
debet aliquid: diuinũ ſcilicet inuiſibilem gratiã et aliquid hu-
manũ. ſcilicet viſibilẽ gratie formã. Quinto eſt congruitas ex
parte infirmi: quia cũ infirmus ſit homo conſtans ex corpore
ſpiritu. ſpiritus autẽ in corpore non bene capiat ſpiritualia ni-
ſi in corporalibus congruum fuit dare medicamenta ſpiritua
lia in rebus corporalibus ſicut pilule in nebula dantur. Sexto
propter augmentationẽ meriti multũ enim valet ad meritum
quando deo creditur in his vbi ratio humana non poteſt da-
re experimentum. Patet ergo ex predictis que ſit ſacramento
rum cauſa efficiens. quia diuina inſtitutio que formalis. quia
gratie ſanctificatio: que finalis: quia humane infirmitatis cu-
ratio.



Effectus ſacramentorum noue legis multiplex ẽ. Pri
mo a peccato mundant. Secundo in bono cõſeruãt.
Tertio corpori chriſti miſtico corporant. Quarto iuſti
ficant. Quinto ad futurã vitam preparant. Sexto erudiendo
illuminant. Septimo a malo preſeruant. Iſta patent in ſeptẽ
ſacramentis per ordinẽ. Nam primũ operatur baptiſmus Se
cundũ confirmatio et ſic de alijs. Sacramenta dicuntur vaſa
gratie et cauſa non ꝙ in eis gratia ſubſtantialiter contineatur
vl' cauſaliter efficiatur cũ ſola anima habeãt collocari. et a deo
infundi. ſed quia in illis et per illa gratiã curationis a ſummo
medico chriſto oportet haurire. licet non alligauerit potentiã
ſuam in ſacramentis quin et per alias vias gratiã conferre va
leat quando vult. Sacramẽta ſemper habent ſignificationem
veritatis. ſed non ſemper efficatiam curationis non propt̃ de
fectum ex parte ſui. ſed ex parte ſuſcipientis. quia gratia nulli
datur repugnanti gratie fonti. Unde et ſacramenta non ſan
ctificant: niſi accedentes digne. et abſq; omni fictione. Aliquã
vero virtute ſacramentoꝝ fit de attrito contritus. ita quod de
fectus dignitatis vel preparationis ex parte ſuſcipientis ſup-
pletur virtute diuina in ſacramentis contenta: dũmodo nõ ac
cedat ſciens in mortali pctõ vl' i ꝓpoſito peccãdi. Ũn ſciẽdũ ꝙ
qdã ſuſcipiunt ſacramentũ tm̃ vt ficte accedentes; quidã rem
tantum: vt qui per contritionem ⁊ fidei deuotionem recipiũt
grãm antequã veniant ad ſacramenta. Quidam et ſacramen
tum et rem ſuſcipiunt vt digne accedentes. Sacramentum di
citur a ſacrando. et hoc poteſt intelligi tripliciter. aut ſanctitatẽ
efficiendo tantum aut ſanctitatẽ ſignando tantum aut ſãctita
tẽ ſignando et efficiendo ſimul. Primo modo conuenit ratio
ſacramenti rebus ſignatis per ſacramẽta tam veteris ꝙ̃ noue
legis. Secũdo mõ ꝯuenit ſignis veteris legis. Tertio mo
do conuenit ſacramentis noue legis. Huiuſmodi exemplum
habemus in naturis. quia medicina dicitur ſanare efficien-

do tantum: ſed ſudor ſanat ſignando tantum exercitatio ſanat
efficiendo et ſignando. Quinqꝫ ſunt que habent iuſtificare a/
nimā. ſed diuerſimode. Deus enim iuſtificat auctoritate gra/
tia. iuſtificat formaliter expellendo morbum ſpiritualem Im/
pleto mandatorum iuſtificat: vt dicta. ſacramenta vero tāq̄
vaſa medicinalia in quibus confertur gratia. Sacerdos au/
tem in miſterio. Exemplum horum habemus in curatiōe mor
bi corporalis. Deus enim ſanat corpus auctoritate medicina
effectiue dicta conſeruatione. vas medici contentiue. Unde
dicitur vulgariter piſcis iſte ſanauit me. medicus vero ſanat vt
miniſter.

De numero ſacramentorum. Cap. v

[S]Acramenta noue legis ſunt ſeptem ſecundū ſeptem
diuerſitates hominū in eccleſia. Primū eſt intrantiū
vt baptiſmus. Secundū eſt pugnantiū. vt confirma/
tio. Tertiū vires reſumentiū. vt eucbariſtia. Quartū reſurgen
tium. vt penitentia. Quintum exeuntium : vt extrema vnctio.
Sextum miniſtrantiū. vt ordo. Septimū nouos milites intro
ducentiū. vt matrimoniū. Sacramenta figurata ſunt in ſeptē
ſigillis quibus fuit veteris teſtamenti pagina ſigillata q̄ agnus
qui habet clauem dauid qui claudit ꝛ nemo aperit reſerat Itē
in ſeptem tubis quibus angeli cecinerunt. Item in ſeptē ſtel
lis quas habebat ſimilis filio hominis in dextera ſua. Item
in ſeptem panibus quibus dominus turbam ſatiauit. Item i
ſeptem oculis ſuper vnum lapidem. Item in ſeptem lucernis
tabernaculi ſuprapoſitis candellabro. Item in ſeptem lotio/
nibus Naaman. Sacramenta ſunt ſeptem que diſponunt ad
ſeptem virtutes habendas. Nam baptiſmus eſt ſacramentuꝫ
fidei. Confirmatio ſpei. Eucbariſtia charitatis. Penitentia iu
ſticie. Extrema vnctio perſeuerantie que eſt fortitudinis ꝯple
mentum. Ordo prudentie. Matrimoniū temperantie. Alia
enim ratio numeri ſacramentorum eſt qui ordinantur contra
triplicem culpam et contra quadruplicem penam. Unā baptiſ
mus ordinatur contra peccatum originale. Penitentia contra
mortale. Extrema vnctio contra veniale. Ordo contra ignorā

tiam. Eucbariſtia contra malitiam. Confirmatio contra ipo/
tentiam. Matrimonium contra concupiſcentiam quem tempe
rat et excuſat. Alia adhuc ratio numeri. quia ſacramenta ſunt
cauſa ſanatiua morbi ſpiritualis ad modum corporaliū. Me/
dicina vero corporalis quadruplex eſt. curatiua. conſeruatiua
preſeruatiua. et melioratiua. Simili modo ſacramenta curat.
Baptiſmus curat ſimilis et totaliter. Penitētia vero curat pau
latim quantum ad penam cuiuſcunqꝫ pene homo debitor ſit.
Extrema vnctio curat a morbis leuioribus. ſ. a venialibus. ſi
cut baptiſmus et penitentia curant a letalibus. ſic ergo predi/
cta tria ſacramenta ſunt quaſi medicina curatiua. Confirmatiō
ē medicina ꝯſeruatiua ſanitatis ſpūalis ī qua datur ſpiritusſanct⁹
ad robur et conſeruationem gratie date in baptiſmo. Matri/
monium eſt medicina preſeruatiua. Ordo eſt medicina meli
oratiua in quo augmentatur gratia. eucbariſtia hec omnia ſi/
mul facit. Curat enim venialia. que ſunt occaſio ruine maio/
ris. conſeruat enim gratiā inuentam in homine et augmētat.
ſicqꝫ meliorat et nihilominus a peccato preſeruat

De poteſtate diſpenſationis ſacramentorum.
Capitulum. vi.

[P]Oteſtates diſpenſationis ſacramentorum regulari/
ter ſpectant ad genus humanū. In omnibus ſacra/
mentis diſpenſandis neceſſaria eſt in diſpenſante in
tentio qua quis intendit facere quod chriſtus inſtituit ad hu/
manam ſalutem. Uel ſaltem facere quod facit eccleſia in quo
clauditur in generali intentio predicta. quia ipſa eccleſia ſicut
ſacramenta a chriſto accepit. ſic ad fideliū ſalutē diſpenſat rur
ſum quia ordo dignitatis exigit vt maiora maioribus et mi/
nora minoribus cōmittatur. Quedam reſpiciunt excellentiaꝫ
dignitatis. vt ſacramentum confirmationis et ordinis. vnde
confirmatio et ordo conferuntur ab epiſcopis. Quedam reſ/
piciunt indigentiam neceſſitatis. vt baptiſmus et matrimoni
um quorū vnū regenerat alterū generat. et horū diſpenſatio eti
am perſonis inferioribus conceditur: maxime in articulo ne/

ceſſitatis qūod dico ratione baptiſmi non matrimonij. Que-
dam autē ſacramenta ſunt quaſi media. vt eucbariſtia. penitē
tia. et extrema vnctio. et iſtorum diſpenſatio ad ſolos pertinet
ſacerdotes qui ſunt quaſi in medio īter epiſcopos et minores
perſonas conſtituti ſacramēta diſpēſari poſſunt a bonis et ma
lis. a fidelibus et infidelibus. intra eccleſiam et extra. quia ſi
diſpenſari poſſet tantum a bonis nullus eſſet certus de ſuſci
ptione ſacramenti. cum nullus ſit certus de bonitate mini-
ſtri. ſicut nec de propria perſona. Et ita oporteret iterari.
et malitia vnius preiudicaret alieni ſaluti. Idcirco diſpenſatio
ſacramenti cōmittitur bomini non ratione ſanctitatis que va-
riatur. ſed ratione auctoritatis diuine que ſemper manet quā
tum eſt de ſe. Sciendum autē ꝙ in ſacramentis quedam ſunt
ſubſtantialia qudam vero ſacramentalia. Quantū ad ſubſtan
tialia non plus valet operatio boni miniſtri ꝙ̄ mali. quia de⁹
ibi operatur. vt auctor. bomo vero vt miniſter. ſed in ſacramē
talibus ſicut ſunt orationes. plus poteſt valere operatio boni
ꝙ̄ mali ħ ē autē ꝑ accidens non per ſe. i. q̄tum ad alios effect⁹
accidentales. non quantum ad eſſentiales. quāuis apud be-
reticos ſint ſacramenta vera non tamen recipientibus vtilia ni
ſi ad eccleſie vnitatem redeant. vnde auguſtinus. Eccleſia cō-
parata paradiſo iudicat poſſe baptiſmū bomines foris reci-
pere. ſed ſalutem non tenere. Nam et flumina de paradiſi fon
te largiter mannauerunt non tamen in meſopotamia. nec ī egy
pto quo illa flumina peruenerunt eſt felicitas vite que de pa-
radiſo cōmemoratur

## De triplici ſtatu fidelium — Cap̄. vij

Riplex eſt ſtatus fidelium in acie eccleſiaſtice bierar
t chie. ſ. fidei genite fidei roborate. et fidei m̄ltiplicate
ꝑ primū fit diſtinctio fideliū ab incredulis in baptiſ-
mo. per ſecundū fit diſtinctio fortiū ab infirmis. et boc in con
firmatione. per tertium ſit diſtinctio clericorum a laicis per ſa-
cramentum ordinis: bic eſt ꝙ bec tria ſacramenta caracteres
imprimunt quos indelebiliter impreſſos ſemper diſtingunt.

vnde nullatenus iterari poſſunt. Caracter ergo baptiſmalis ē
incipientium. Confirmationis vero proficientium: ſed ordis
perfectorū predicta triplex diſtinctio fit ad ſimilitudinē diſtin-
ctōis alicu⁹ exercit⁹. pria ē cōis. ſ. totius exercit⁹ ab alio exerci
tu. et bec fit principaliter per baptiſmū. ſecunda eſt ſpecialis.
ſ. militum a popularibus. bec autem fit per confirmationē. ter
tia eſt ſpecialiſſima. ſ. ducum militum ab vtriſq̧. et bec fit per
ſacramentū ordis. Preterea quia caracter eſt ſignū diſtinctiuū
ſpirituale et indelebile. ideo non cōfertur in ſacramentis que
ſolent iterari ſicut eſt penitentia matrimoniū et buiuſmodi
Notandū ergo ꝙ caracter baptiſmalis eſt oīm caracterū alio
rum fundamentū. et ideo illo non babito non poſſent ceteri
imprimi. ac per boc oporteret denuo fieri. vt illi caracteres ba-
beantur. Unde ſi quis ordinatur non baptizatus nibil pror-
ſus agitur ꝙ̄uis tria ſacramenta vt dictū eſt propter caracteris
impreſſionē non iterantur tamen quaſi cōmune eſt boc oībus
ſacramentis non iterari circa eandē perſonā et materiā. et ex
eadē cauſa. et boc eſt ideo ne fiat contumelia ſacramento. ex
boc enim credi poſſet ꝙ ſacramenta prius diſpenſata eſſent in
efficatia et inepta. licet quedam ex neceſſitate et alijs cauſis ite
rari poſſint. Quedā ſunt de ſacramentoꝝ ſubſtantia. quedam
de congruentia ſi ea que ſunt de ſubſtantia omittantur. euacu
antur ſacramenta. et ſunt iteranda. Omiſſio vero illorū q̄ ſūt
de congruentia non euacuat ſacramenta

## De inſtitutione ſacramentorum. — Capi. viij

B initio iuſticie ſunt ſacramenta ad curationē bomi-
num et ſemper cum morbo cucurrerunt. In lege enī
nature fuerunt oblationes ſacrificia et decimationes
In lege autem ſcripta introducta eſt circunciſio et adiuncta
expiatio atq̧ ſuperaddita oblationum et ſacrificiorum mul-
tiformis diſtinctio. In lege autē noua ſtatuta ſacramenta
numero pauciora vtilitate pauciora virtute efficatiora preemi
nētia digniora atq̧ ſignificatōe euidētiora ī q̇bus ē īpletio ſil'
et euacuatio oīm predictorū. ſicut Hug de ſancto victore.

Primi temporis ſacramenta fuerunt ſicut vmbra. Medij tē
poris ſicut imago ſiue figura. poſtremi vero tēporis. ſ. gratie
ſicut corpus quod intra ſe veritatē ꝯtinet et grām quā ſignifi
catione repſentant et principaliter ꝯferunt et promittunt Pre/
dicta patent qꝛ euiſdem mundationis ſimilitudo ē in oblatio
ne legis nature ſed occulte inuenitur in circunciſione vero eui/
dentius aliquātulū exprimitur per baptiſmū autē manifeſtius
declaratur Item ſacramenta veteris legis nutriebant paruu/
los exercebant perfectos et duros onerando domabāt Sed
ſacramenta noue legis conferunt que vtera de longinquo mō
ſtrabant. Vn̄ priora ſacramenta preparauerūt et perduxerunt
ad noua ſicut via ad terminū ſicut figura ad veritatem Itē ſa/
cramenta noue legis efficiunt quod figurant ſed hoc non faci/
ūt ſacramenta veteris legis Eſt et alia differentia quod cōmu
ne eſt omnibus ſacramentis quia conſiſtunt in rebus ſenſibi
libus inuiſibilem tamen gratiam ſignificantibus ſed ſpeciale
eſt ſacramentis noue legis ꝙ conſiſtunt in verbis et rebus

Item ſacramenta noue legis iuſtificant: et quantum ad o/
pus operatum et quantum ad opus operans. ſed ſacramenta
veteris legis ſolum quantum ad opus operans: quia non va
lebant facientibus. niſi quantum illorum charitas et deuotio
fidei extendebat. hoc non intelligitur de circunciſione que cū
non fuerit in lege data neqꝫ ꝙ inter legalia; computant̄ que
quia ipſa in paruulis tollebat originale et gratiam conferebat
ꝙ non faciebant legalia. Item legalia fuerunt ſecundum Au
guſtinum ante paſſionem domini viua: et ſtatim poſt paſſionē
mortua et poſt ꝙ claruit euāgelium fuerunt omnino ſepulta.
Noſtra vero ſacramenta vſqꝫ ad finem mundi ſemper i ſuo vi
gore manebunt.

De baptiſmo. Cap. ix.

b Aptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum.
quia nulli confertur in eccleſia aliud ſacramentū
ante ipſū. De ſubſtātia baptiſmi ſunt quinqꝫ Primū
expſſio forme vocalis a deo inſtitute q̄ eſt hec. ego te baptiſo
In nomine patris et filij et ſpiritusſancti. abſqꝫ omiſſione ad/
ditione dictionis vel prepoſteratione ordinis vel ꝯmutatione
nominis. His enim quattuor modis forma verboꝝ violatur
ſcꝫ omiſſione. additione. tranſpoſitione. cōmutatione. i. ſi po/
nitur loco patris. et filij ſpiritusſancti nomē potentis ſapiētis
et benigni: quia in quocunqꝫ ydiomate baptizetur non de/
bētponi appropriata tribus perſonis ſed expreſſa nomia per
ſonarum. Similiter baptizato non debet dici immergo vel in
tingo. ſecundū eſt ablutio per elementū aque cuiuſlibet vl' ma
ris vel fontis vel fluminis: ſiue frigide vel calide ī toto corpo
re facienda vel ſaltem indigniori parte. ſ. in capite. Tertiū eſt
ꝙ immerſio iſta fiet ab vno et eodē tempore quando forma
verboꝝ exprimitur ita ꝙ non vnus puerū immergat et alius
verba proferat. Quartū eſt intentio vel ſpecialis vel generalis
Specialis autē intentio eſt vt ille baptizandus mundetur Ge/
neralis autem eſt facere illud quod facit eccleſia. Intentio quo
qꝫ illius requiritur qui eſt baptizandus ſi eſt adultus. quia q̄
inuiti baptizantur non recipiunt ſacramentū. Quintū eſt fides
ipſius baptizandi. quia in adultis requiritur fides propria. ſed
in paruulis aliena quia paruuli in fide eccleſie baptizātur. Ba/
ptiſmus merito fit in aqua et non in alio liquore. quia homo
cum per peccatū primi parentis incurrerit immūditiam. igno
rantiā. et concupiſcentiā per baptiſmū ab his tribus liberatur
et hoc notatur in proprietatibus aque. ſcꝫ. puritate. perſpica/
citate et frigiditate. Nam baptiſmalis aqua ſua puritate nos
mundat: ſua perſpicacitate illuminat atqꝫ ſua frigiditate ab eſtu
concupiſcentie nos temperat. Item baptiſmus fit in aqua ne
quē inopia excuſaret et ne propter defectū ſalutis periculum ho
mines incurrerent: ſi in alio aliquo liquore fieret. et vt inuenia
tur apud omnes cōmunis baptiſmi materia. Triplex eſt ba/
ptiſmus. ſ. fluminis. flaminis. et ſanguinis. Inter hos taliſē
differentia: quia baptiſmus fluminis a tota pena liberat. et a
culpa et gratiā in habitu infundit et caracterem imprimit Ba/
ptiſmus flaminis delet culpam. et non ſemel tantū. ſed plu/
res et habet per gratiam in vſu in quo conſiſtit meritū. Baptiſ

mus ſanguinis liberat ab omni tentatione. et confert ſtatim p̄
mium. quia proprium eſt martyrum ſtatim euolare. Ex his
patet quis ſit melior inter hos baptiſmos. quia ſe habent vt
excedentia et exceſſa. In baptiſmo quoddam eſt ſacramentū
tantum vt ablutio exterior. quoddam res tantum. vt gratia
interior. quoddam res et ſacramentum vt caracter. Octo
ſunt de ſolennitate baptiſmi que non ſunt de ſubſtantia. Un/
de verſus. Sal oleum criſma cereus. criſmale ſaliua. Flatus
virtutem baptiſmatis iſta figurant. hec cum patrinis non
mutant eſſe ſed ornant. In quattuor locis inungitur baptizā
dus. ſ. in fronte. vt fidem publice proteſtetur. In vertice. vt
agenda ab eo ſubtilius intelligantur. Inter ſcapulas vt iuguz
chriſti ſuauius portetur: In pectore vt dulci corde deus diliga
tur. Baptiſmus fuit inſtitutus materialiter quando xp̄s bap/
tizatus fuit. formaliter quando dixit: ite docete omnes gētes
etc. finaliter quando dixit Nicodemo. Niſi quis renatus fuerit
etc. Effectiue quando chriſtus paſſus eſt. Effectus baptiſmi
duplex eſt. Ad alia ſacramenta preparat. quia baptiſmus ē in
trantium. A peccato mundat quod ſignatum eſt i mari rubro
vbi ſubmerſi ſunt egiptij ſed filij iſrael exierunt ſecuri. Nota
ꝙ in baptiſmo deletur originalis peccati macula: fomes non
tollitur. ſed remittit penam relaxat. Unde pueri induuntur ve
ſte candida. Rationalem illuminat. Unde ponitur ſal in ore:
Concupiſcibilem ad bonum inflammat. Unde datur candela
puero. Iraſcibilem confortat. Unde iſrael vidit Amalech pꝰ
tranſitum maris rubri. Innocentiam tribuit quod figuratū ē
per columbam que ſedet ſuper ieſum baptizatum. Caracterē
imprimit. hoc ſignatur per mare vitreum in apocalipſis quar
to. Fomitem mitigat: quod figurat aque frigiditas. Cōmuni
onem eccleſie preſtat ſicut. Diere. Circunciſio quis ſanctifica
tus fuerit in vtero. A ſanctificatione exteriori liberat quia nō
requirit gemitum neq̄ planctum intellige exteriorem Nam ex
terior requiritur in adulto. ſcilicet contritio. poteſtatem diabo
li minuit: quod ſignat exſufflatio. Januam celi aperit: quod ſi
gnatum eſt chriſto baptizato. Aperti ſunt celi. Et notandum

ꝙ paſſio chriſti aperuit ianuaꝫ celi per cauſam meritoriam et
ſatiſfactoriam generalem. Baptiſmus aūt aperit cām efficien
tem ſingularem. Os ad laudandum et aures ad audiendum
aperit. Unde ponitur ſaliua in ore et aure pueri Templū chri
ſti efficit. Unde dicitur baptiſato. Exi immunde ſpiritus et
da locum ſpiritui ſancto. Laudabilem coram deo reddit. Un/
de balſamus eſt in chriſmate. Solent pueri baptizandi vſqꝫ
ad paſcha et penthecoſten niſi vrgeat neceſſitas. vel timeatur
periculum reſeruari ad ſignandum ꝙ in baptiſmo fit reſurre/
ctio ſpiritualis; et ꝙ gratia ſpiritusſancti datur. Baptiſmus
chriſti et Jo. conueniunt in materia et in modo mergendi. ſꝫ
differunt in forma quia baptiſmus Johannis tradebatur no
mine venturi. Differunt etiam effectu quia baptiſmus chriſti vi
uificat. Johannis autem non. Item in fine ꝙ baptiſmus Jo
hannis ad baptiſmū chriſti inuitabat.

## De cathecismo et exorciſmo — Capitu. x.

Cathecismus et exorciſmus tanq̄ preparatorij p̄/
mittuntur baptiſmo vt in ipſo gratia efficatiꝰ ope
retur. Tribus de cauſis cathecismus inſtitutus ē
Primo propter inſtructionem de articulis omni
bus ad fidei ſuſceptionem. Secundo propter reſponſionem
ad fidei profeſſionem. Tertio propter reſponſionem ad fidei
obſeruantiam. Quia vero adultus peccatum proprium ha/
bet requiruntur hec ab eo: et pro ſe reſpondere debet. Paruu/
lus autem quia non habet peccatum actuale: nec per ſe reſpō
dere poteſt requiruntur hec ab eo per vicarium: quia pro ipſo
rn̄det de fidei obſeruātia. Exorciſmus ideo inſtitutus ē vt ba
ptizādo dyaboli poteſtas repellat. Nā propter peccatū hoīs
dyabolus in hoīe poteſtatē accepit. et etiā illa que veniunt in
vſum hoīs. vn̄ tam adulti q̄ paruuli exorcizari debent ad ex/
pulſionem diabolice poteſtatis.

## De confirmatione. — Capitulū ſcd̄m

c Onfirmatio ſacramenti eſt pugnantiū de cuius pu-
gnantia ſex ſunt. duo ex parte ſacramenti in ſe. ſ. ma
teria criſmatis. et forma verboꝝ que talis eſt ſecun-
dum morē magis ꝯmunem Signo te ſigno crucis. confirmo
te chariſmate ſalutis. In nomine patris et filij et ſpiritusſancti:
Duo ex parte miniſtri. ſ. dignitas pontificalis et intentio debi
ta. Duo ex parte ſuſcipientis. ſ. frons in quo debet fieri chriſ-
matio et ꝙ confirmandus ſit baptizatus. Unctio criſmatis
triplex fit in tribus ſacramentis quoꝝ diuerſitas ex fine accipi
tur. In baptiſmo fit in vertice ad ſignandū fidei ſuſceptionem
quia vertex eſt locus cellule rationalis. In confirmatione fit ī
fronte ad ſignificandū audaciam cōfeſſionis cuius impedimē
tum eſt timor et verecundia que ſpecialiter manifeſtatur ī pal-
lore vel rubore frontis. et ex propinquitate cellule ymaginabi
lis. In ordine fit in manibus ad ſignificandū poteſtatem con
ſecrandi dominici corporis ſacramentū. Huius ſacramenti
multiplex eſt vtilitas. quia gratiā datam in baptiſmo ꝯfirmat
p̄s. lxvij. Confirma hoc deus quod operatus es in no. ſ. in
baptiſmo. Ad militiā ſpiritualem preparat. Unde confirmā
di tanꝙ pugiles pugnaturi inunguntur ne ab inimicis de faci
li terreantur. Et quia omnes chriſtiani debent eſſe in bello xpi
propter hoc omnes debent hoc ſacramentum accipere. vt faci
lius poſſint contra mundū carnem et dyabolum pugnare ad
confeſſionem conſtantem nominis chriſti animat quez opor
tet verum deū et verū hominē confiteri. Primo vt confitea-
mur eum ſecundū diuinā naturā patri et ſpirituiſancto equalē
Secundo confiteamur eum ſecunduꝫ humanā naturā crucis
pertuliſſe ſupplicium. Primū apparet in forma verboruꝫ ī tri
nitatis expreſſione. Secundū claret in fronte crucis ſignatiōe
Intus et extra nos ornat ſpirituali decore. intus quidē per cō
ſciētie puritatem ſed extra per odorem bone fame. et hec duo
ſignantur in chriſmate. quod conficitur ex oleo propter primū
et ex balſamo propter ſecundum in bonis agendis et malis
ſuſtinendis roborat. Datur enim ibi ſpiritusſanctus ad robur
Animā et corpus armat. Animā quidem per impreſſionem

caracteris contra puſillanimitatis vitiū Corpus vero per cly
peum crucis contra inſultus demonū audaciam preſtat con
tra timorem in confeſſione nominis chriſti et ī conſignatiōne
frontis qui eſt locus verecundie poſt pugnam corona quod
notatur in vitta que circa caput ligatur cōfirmatis Quedā ſūt
circa confirmationem que non ſunt de eſſe ſacramenti ſed de
bene eſſe qui ſūt hec Quod ieiunis et a ieiuno detur quod per
aliquē epō preſētetur qui etiā patrinus efficitur quod vitta cir
ca caput circumlegitur per iſtud ſacramentū fiūt fideles plene
ſpiritum plenitudinē dico copie qui tantum ī bap̄mo pleni facti
ſunt plenitudine ſufficiente Sacramenta ſe hñt in dignitate.
vt excedentia et exceſſa nam euchariſtia p̄eminet in eſſe Bap-
tiſmus in effectu Matrimoniū in myſterio. qꝛ ſignat coniū-
ctionē chriſti et eccleſie. Confirmatio in dignitate miniſtri q̇a
non confertur niſi ab epiſcopis p̄nia in peccatorū remiſſio
ne et ſic de alijs ſacramentis

De euchariſtia — Cap. xij.

e Uchariſtia eſt ſacramentū charitatis tā diuine quā
noſtre qꝛ deus in hoc ſacramento ſignū magne di-
lectionis nobis oſtendit et noſtre dilectionis affectū
per idem ſacramentum ſpiritualiter erga ſe inflāmauit. De
ſubſtantia huius ſacramenti ſunt quattuor. Primū eſt ꝙ con
ſecrans euchariſtiam ſit ſacerdos Secundū ſpecies panis et
vini. Tertium intentio conſecrantis. Quartū eſt forma verbo
rum videlicet. Hoc eſt enim corpus meum. et iſta eſt ſuper ca
licem. Hic eſt enim calix etce. Ad plenius intelligendū iſta no
ta circa intentionem ꝙ aliud eſt intentio aliud attentio. quia
intentio ſemper eſt neceſſaria vel ſpecialis vel generalis ſicut
dictum eſt de baptiſmo. Attentio autem non eſt de ſubſtan-
tia. ſicut quando mens rapitur in prolatione verborū ad alia.
quod quandoqꝫ contingit ex infirmitate. quandoqꝫ ex negli-
gentia vel incuria. et tunc eſt peccatum Sciendum preterea ꝙ
non ſolum requiritur intentio conſecrantis. ſed etiam intētio
iſtud ſacramentum inſtituētis. Unde ſi aliquis ſacerdos ſta-
ret in foro et ſuper omnes panes formā verborū p̄ferret etiaꝫ

cum intentione conſecrandi non fieret ibi tranſubſtantiatio et
hoc non eſſet propter defectum virtutis verborum cum vna
vice ſacerdos poſſit conſecrare tot hoſtias quot toti mundo
ſufficerent ſi eſſent neceſſarie eccleſie. ſed propter defectum in-
tentionis illius qui hoc ſacramentum inſtituit qui non inten-
dit ꝙ cū tali ludibrio vel ſtultitia fieret conſecratio. ſed provti
litate vel neceſſitate eccleſie generalis vel particularis. Circa
quoq; formā verborum ſciendū ꝙ cū dicitur. Hoc eſt enī cor-
pus meū. iſta coniunctio enim non eſt de ſubſtantia forme. ſ;
de bene eſſe ipſius Unde omitti non debet. aliud nanq; ē for-
ma neceſſaria ſine qua non poteſt tranſubſtantiatio fieri. Ali-
ud eſt forma debita ſine qua non debet fieri: eodem modo
dicendū eſt de ſpeciebus panis et vini. Unde nota ꝙ mate-
ria eucbariſtie alia eſt neceſſaria alia debita Materia neceſſaria
ē ꝙ eucbariſtia panis ſit frumētius q; ſine illo non poteſt fie-
ri confectio. Sed materia debita eſt ꝙ panis ille ſit azimus q;
licet in fermentato poſſet confici. tamen hoc non debet fieri
duplici de cauſa. Prima eſt ꝙ panis azimus conuenit inſtitu-
tioni. Chriſtus enim dedit diſcipulis corpus ſuum confectum
in tali materia. Secunda eſt ꝙ talis panis conuenit etiā ſigni-
ficato. Chriſtus enim ſine omni fermento peccati fuit. Simi-
liter dicendum eſt de materia calicis. quia alia eſt materia ne-
ceſſaria. alia debita. Materia neceſſaria calici eſt vinum. quia
ſanguis chriſti non poteſt in alia materia confici ꝙ in vino.
Materia vero debita eſt ꝙ aqua vino miſceatur. et hoc dupli-
ci ratione. Prima quia talis materia ꝯuenit inſtitutioni. chri-
ſtus enim ſanguinem ſuum ſub tali ſpecie dedit. Secunda q;
talis materia conuenit etiam ſignificato: quia eccleſia que p
aquam ſignatur chriſto per fidem et charitatem iungitur. Sci-
endum ꝙ in aceto et agreſta non conficitur. quia acetum non
eſt vinum. ſed fuit ſic et agreſta nō vinum ſed erit. In confecti-
one ſanguinis tam modicum aque debet āmiſceri vino quod
abſorberi poſſit ab illo alioquin impeditur conſecratio. ſ. ſi vi-
num ab aqua vincitur. Iſtud deſignatur. quia cū nos ad chri-
ſtum conuertimur non ipſe in nos. ſed nos in ipſum mutamur

quia corpori ſuo myſtico incorporamur. Si vna gutta vini im-
ponitur ex aliqua negligentia ſanguini non propter hoc deſi-
nit eſſe ſanguis. nec propter āmixtionem vinū in ſanguinem
mutatur. ſed vtraq; ſpecies in ſua natura permanet. ſed ſi de
vino multū ponitur ad vnam guttā ſanguinis. ſicut quādoq;
fit in ablutione. tunc ibi deſinit eſſe ſanguis. quia ſpecies illi-
us gutte ſub qua eſt ſanguis abſorbetur a multo vino adiun-
cto. Circa eucbariſtiam eſt quoddā ſacramentum tantum. vt
ſpecies panis et vini. quoddam eſt ibi res tantum vt corpꝰ chri-
ſti miſticum quoddam eſt ibi res et ſacramentum. vt corpus
chriſti verum quod traxit de virgine. Iſtud enim eſt res pri-
mi et ſacramentum ſecundi. ſub vtraq; ſpecie totus chriſtus ē
indiuiſus. ſ. corpus et anima et deus. ac per hoc vtrobiq; eſt
vnum ſimpliciſſimū ſacramentum. Sub ſpecie nanq; panis ē
corpus chriſti per conuerſionem et ſanguis per connexionem
et anima per coniunctionem. et diuinitas per vnionem Iſta
enim quattuor non poſſunt diuidi. nec adinuicem ſeparari. eo-
dēmodo dicendū eſt de ſanguine. Preterea chriſtus totus eſt
in tota ſpecie ſic ꝙ eſt in qualibet parte eius ſiue ſit integra il-
la ſpecies ſiue diuiſa ac per hoc non eſt ibi vt circunſcriptꝰ vel
occupans locum vel habens ſitum vel perceptibilis per ali-
quem ſenſum corporeum Exemplum huius habemus in ſpe-
culo quod ſi diuidatur in multas partes in qualibet apparet
ymago que prius apparebat in integro. Idem exemplum eſt
de ſermone multis recitato. quia quilibet auditor recipit illu;
totum. Unde ꝙuis ſermo ſit vnicus in proferente. totus tamē
eſt in quolibet audiente. Hoſtia frangitur in tres partes pro-
pter multas rationes. Primo propter tres perſonas diui-
nas in vna eſſentia. ſic per tres partes in diuiſione hoſtie. vnus
tamen eſt chriſtus. Secundo propter tres ſtatus eccleſie.
ſcilicet Militantium. Triumphantium: et in purgatorio exi-
ſtentium. Tertio propter tres ſtatus chriſti in quibus fuit. ſ.
mortalis. mortuus. et imortalis. Quarto propter tres operatio-
nes in corpore xp̄i. tp̄e paſſionis ſ. manuū. pedū. et lateris
Quito ꝓpter tres ſubſtātias in xp̄o. ſ. diuinitatis aīe ⁊ corporis

ſacramentum corporis chriſti figuratũ eſt multipliciter.ſcʒ in
oblatione melchiſedech in qua figurate habemus formã ex-
teriorem ſacramenti et primũ effectũ.ſ.refectionem. ibi enim
preceſſit figura ſpiritualis in pane et vino. Item eucbariſtia
eſt refectio ſpiritualis vite in re. Item in manna vbi figura
tur effectus glorie. Item in agno paſcali in quo figurabatur
liberatio a ſeruitute egyptiaca. Item noſter agnus ẽ ſignum
liberationis a diabolo. Item in diuerſis ſacrificijs de qui
bus habetur in leuitico quibus figurabatur oblatio paſſiõis
chriſti vbi fuit hoſtia ad reconciliationem et vitia quo ad ſa-
tiſfationem pro peccatis noſtris et holocauſtũ quo ad totius
corporis ſui leſionem. Item in oblatione manne de qua le-
gitur libro Iudic. per quam figurabatur in quo debet fieri
oblatio et ſuper quem. quia in fide ieſu criſti qui per petrã de
ſignatur. Item in virga ionathe mellita vbi figurabatur quis
offerre debeat .per fauum enim mellis deſignatur deuotio of
ferentis. Figura ſanguinis chriſti fuit vinum ad deſignandũ
refectionem. Cañ.ca.i. Introduxit me in cellam vinariam
Item aqua ad ſignificandum ablutionem. vnde illud. Vidi
aquam egredientem.etc. Item ſanguis ad deſignandũ redẽ
ptionem. Hebre.ca.ix. Sine ſanguinis effuſione nõ fit remiſ-
ſio.

De dignitate eucbariſtie: Cap̃.xiij.

Dignitas et excellentia huius ſacramenti apparet in
multis. Primo quia ſicut dictum eſt tam ante legem
ꝙ in lege fuit prefiguratum. Secundo quia a prophetis pre-
nuntiatum.p̃s.lxxvij. Panem angeloꝝ man.homo. ponitur
hic preteritum pro futuro prophetali certitudine. Tertio quia
a chriſto inſtitutum.et hoc dupliciter.ſ.verbo et facto Verbo
vt patet. Jo.vi. Ego ſum inquit panis viuus qui de ce.de fa
cto Mathei.ix. Accipite et come. hoc eſt corpus meũ. Quarto
quia ab apoſtolis ſeruatum. Coꝝ.ca.x. Conuenientibus vo-
bis in vnum etc. Quinto quia a ſummis pontificibus ſolenni
ſatum qui ordinauerunt cantum et orationes locum et tẽpus

veſtimenta et vaſa diuerſa que omnia ſunt ad decorem hui9
ſacramenti. Maxima dignitas apparet in hoc ſacramento
quia cum chriſtus conſtet ex tribus ſubſtantijs.ſ: deitate aĩa
et corpore.ipſa ſiquidem deitas excellit oĩa.p̃s.lxvij. Magn9
dñs et lau.nimis. Itẽ anima eius percellit omnes aĩas cum
ſit plena gratia et veritate.i.perfectiſſima in affectiua ꝛ cogni-
tiua. Item corpus eius excellit oĩa corpora quod de ſanctifi
cato corpore beatiſſime virginis fuit ſumptũ et diuinitati vni
tum ergo in chriſto nobiliſſimũ quod eſt in celo et nobiliſſi-
mũ in terra vnita ſunt.

De mirabilibus que fiunt in eucbariſtia: Ca.xiiij

Mirabilia ſunt ĩ hoc ſacramento. Primũ eſt quod
eſt ibi corpus xp̃i.in tanta quãtitate ſicut fuit ĩ cru-
ce.et ſicut iam eſt in celo.nec tamen excedit termi
nos illius forme. Secundũ quia ibi ſunt accidentia ſine ſubie
cto. Tertiũ quia ibi panis ita conuertitur ĩ corpore xp̃i.quod
non ſit materia corporis chriſti:nec annihilatur Quartũ quia
idẽ corpus non augetur ex multaꝝ hoſtiaꝝ ſumptione. Qui-
tum qꝛ idẽ corpus in pluribus locis ẽ ſub omibus hoſtijs cõ
ſecratis. Sextũ ꝙ quãdo diuiditur hoſtia nõ diuiditur cor-
pus.ſed ſub qualibet parte ẽ chriſtus. Septimũ ꝙ quãdo te
netur hoſtia in manibus et videtur oculis corpus xp̃i.nec tan
gitur nec videtur.ſed hec tantũmodo circa ſpecies ſunt. Octa
uũ:quia deſinunt iſte forme.tunc etiã deſinit eſſe ibi corpus
a ſanguine chriſti. Nonũ quia cum nõ ſit ibi panis vel vinũ ta
mẽ accidẽtia eũdem effectum habẽt vt prius.ſ.ſatiare.ĩebria
re.et huiuſmodi. Nota ꝙ deo cõuenit eſſe vbiqꝫ ſimpliciter et
proprie et creature ꝯuenit eſſe in vno tantũ loco. Corpus ve
ro chriſti medio modo ſe habet Cũ eñ ſit creatura nõ debet
equari creatori ĩ hoc ꝙ ſit vbiqꝫ. Cũ vero vnitũ ſit deitati de
bet in hoc excellere alia corpora.et ſimul et ſemel poſſit eſſe ĩ
pluribus locis.ſub iſto vʒ ſacramẽto. In ſacramẽto eucbari-
ſtie quoddam ẽ ſecundũ naturã:vt hoc ꝙ ibi accidẽtia ſunt in

loco terminato. Quoddam eſt ibi ſuper naturam: ſed non ibi
ſuper intellectum: vt hoc ꝙ ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto
Quoddam eſt ibi ſupra naturā et intellectum: vt ꝙ ibi chriſtꝰ
eſt totus et tantus quantus fuit in cruce: nec tamē excedit ter/
minos illius parue forme. De mirabili tranſubſtantiatōe No
ta ꝙ triplex ē mutatio. Una ē artificialis: vt quādo fit vitrum
de cineribus. Alia naturalis. et hec duplex. ſ. ſubſtantialis et
accidētalis. Accidentalis eſt quādo idem ſubiectum manet
ſub diuerſis accidentibus ſibiinuicem ſuccedentibus. Sub/
ſtantialis eſt quando eadem materia manet ſub diuerſis for
mis ſubſtantialibus. ſicut patet in tranſmutatione elemento
rum adinuicem. Tertia eſt mutatio ſupernaturalis. vt quādo
nec materia nec ſubiectum manet: ſed tm̄ accidentia ſine ſub/
iecto. et talis mutatio eſt in tranſubſtantiatione corporis xp̄i
In rerꝫ mutatōe pōt notari triplex difficultas vel ex pte t̄mini
a quo vl' ex pte t̄mini ad quē. vel ex pte diſtātie t̄minoꝝ adiuicē
Primo modo creatio eſt mirabilior oībus mutationibꝰ que
eſt de non ente ſimpliciter. Secundo modo conſecratio corpo
ris xp̄i ē mirabilior omnibus quia ē ens in actu prius exiſtēs
Tertio modo incarnatio xp̄i ē mirabilior quacūqꝫ mutatione
quia ibi eſt vnio infinite ſubſtātie ad finitā. Philoſophus di
ſtinguit quadruplicem mutationē ſubſtantialē. Prima ē a nō
ente in ens. et hec dicitur generatio. Secunda ē ab ente in nō
ens: vt corruptio. Tertia ē ab ente in ens: quod modo non ē
ſed erit vt productio: Quarta ē ab ente in ens iam exiſtens. et
eſt talis. conuerſio panis in corpus xp̄i. hec mutatio non ha/
bet ſimilitudinē in natura: ſed alteratio quaſi contraria. quia
hic mutatur ſubſtantia vna in aliam: manent tamen eadē ac/
cidentia. ſed in alteratione econuerſo ē. quia ibi mutantur ac
cidentia et manet eadem ſubſtantia. ſicut patet in corporali/
bus quādo fit de albo nigrum. et in ſpiritualibus quādo fit
de iuſto impius. vel de ignorante ſciens. Nota ꝙ hec prepoſi
tio de multipliciter ſumitur. Quādoqꝫ notat cauſā efficientem
vt cū dicitur xp̄s ꝯceptus ē de ſpū ſancto. Qn̄qꝫ materiā: vt cū
dicitur chriſtus natus de virgine. Quādoqꝫ idemptitatem

ſubſtantie: vt cum dicitur xp̄s natus de patre. Qn̄qꝫ trāſub/
ſtantiationem vel conuerſionem: vt cum dicitur corpus chri/
ſti fit de pane. Quandoqꝫ ordinem. vt cum dicitur creatura eſ
ſe de nihilo.

## De effectu eucharistie. Cap. xv.

D Igne ſuſcipiens corpus xp̄i bonum multipliciter cō
ſequitur. Primū ē cōmemoratio xp̄i. Math. ca. xxvi
Hoc facite in meā cōmemorationem. ſ. dilectionis.
liberationis. et imitationis. Item viuificatio interior. quia ali
quando per virtutem huius ſacramenti fit de attrito cōtritus
Unde Geneſ. iij. Lignum vite comeſtum vitam preſtabat. ſic
per gratiam purgamur. illuminamur. perficimur. reficimur et
viuificamur. Et bene redditur vita p cibum: per quē et mors
intrauit Item corpori xp̄i myſtico incorporamur. Unde di
ctū fuit. Augu. Non tu me mutabis in te. ſed tu mutaberis in
me. Iſtud non intelligitur de vnione corporis myſtici de no/
uo facienda ſed de augenda. non enim vnite diſſimilia. Item
ſpiritualis refectio. p̄s. xxij. In loco paſcue etc. Deus em̄ non
tantū inſtituit ſacramentum quod nos in eſſe gratie generaret
vt baptiſmū: vel ꝙ genitus roboraret. vt confirmationem
Uerum etiam ꝙ roboratos nutriret. vt eucharīſtiā Propt̄ qđ
hec tria ſacramenta dantur omnibus qui ad fidem accedunt.
Item deuotionis augmentatio. p̄s. xxij. Impinguaſti in oleo
caput meum. nutrimentum enim quod datur nobis q̄tuꝫ ad
eſſe gratuitum in tribus attenditur. ſ. in continuatione deuoti
onis ad deum et dilectionis ad proximū. et dulcedinis intra
metipſum. Itē fomitis mitigatio. p̄s. xxij. Sup aquā refecti
onis. et qꝛ ſicut aqua refrigerat. ſic et iſtud ſacrm̄ furorē ꝯcupi
ſcētie mitigat. Itē colľo grē Exo. ca. xvi. Deſcēdēte māna de
ſcēdebat parit̄ et ros Itē vtutū roboratio. p̄. c. xxx. Panis cor
hois ꝯfirmet. Itē pctōꝝ rēiſſio: qꝛ p iſtū cibū fit reparatio dep/
diti. Unde quando dicitur in oratione dominica. Panē no/
ſtrū quotti. da nobis ho. ſtatim ſequitur et di. no. de. no. iſtud

intelligitur de venialibus tantum. quia ſicut alimentũ natura-
le prodeſt viuenti et non mortuo ſic alimentũ ſpirituale. Iteꝫ
contra diabolũ armatõ. p̄s. xxij. Paraſti in con. meo men. etc
Item ſpei eleuatio. Unde apoſto. ad ro. viij. Quomodo cum
illo non omnia nobis donauit. Item amoris excitatio. Bern̄
Diſce chriſtiane quantum debes amare chriſtũ qui dedit no-
bis carnẽ ſuam in cibum. ſanguinẽ in potũ. aiam in precium.
aquã lateris in lauacrũ. Item fidei ꝯmendatio. quia in hoc
ſacramento fides eleuatur ſuper naturã ſupra ſenſum et ſupra
intellectũ. Apoſto. ij. ad Cor. x. Captiuantes in omnẽ intel-
lectũ in obſequiũ chriſti. Item angelica conuiuatio. p̄. c. xxij:
Panẽ an. man. hõ. Item regni celeſtis. collo. Io. vi. Qui mã
du. meã car. et bi. meũ ſan. habet vitã eternã. Item ſpiritua
lis delectatio. Sapie. ca. xvi. Panẽ de celo p̄ſti. etc. Itẽ intelle
ctus illu. Reg. xiiij. Guſtauit Ionathas de melle et illuminati
ſunt oculi eius. De effectu eucharistie dicit Bern̄. Corpus xp̄i
eſt egris medicina. peragrinãtibus vita. Debiles cõfortat. va
lentes delectat. langorem ſanat. ſanitatẽ ſeruat. per hoc fit ho
mo manſuetior ad correctionẽ. patientior ad laborẽ. ardẽtior
ad amorẽ ſagatior ad cautelã. ad obedientiã promptior. ad
gratiarũ actiones deuotior. ſicut recte cõmunicantibus multa
bona proueniunt. vt dictũ eſt ſic indigne ſumẽtibus. Corpus
xp̄i multa mala occurrũt. Nullius eñi opus placet deo niſi pla
ceat ipſe prius. Indigna enim ꝯmunio peccatis hominẽ illaq̃
at. dãnationem preparat. proximũ ſcandalizat. mentẽ excecat
tentationi ſubiugat. deum irritat. vitam temporalem breuiat
gratuitis ſpoliat De his per ordinẽ dicturꝰ. p̄s. lxviij Fiat inq̄t
menſa eoꝝ coram ipſis in laqueũ. Ecce primũ et in retributio
nẽ. Ecce ſecundũ et in ſcandalũ. Ecce tertiũ: Obſcurantur ocu
li eoꝝ ne videant. Ecce quartũ et dorſum eoꝝ ſemper incurua
Ecce quintũ. Effunde ſuper eos iram tuã. Ecce ſextum. Fiat
habitatio eorum deſerta. Ecce ſeptimum. Et in tabernaculis
eorum non ſit qui inhabitet. Ecce octauum.

## De modis ſumendi eucharistiam — Cap. xvi.

c

Corpus xp̄i quattuor modis ſumitur. Quidam acci-
piunt illud ſpiritualiter tantũ. vt qui accipiũt rem ſa-
cramenti in gratiã et non ipſum ſacramentũ corpus
chriſti. De hoc modo ſumendi dicit Augꝰ. Crede et mandu-
caſti. i. corpori xp̄i myſtico incorporatus es. quidã ſacramẽta
liter tantũ. vt cõmunicantes in mortali peccato. quia licet deꝰ
ſit vbiqꝫ per eſſentiam. non tamen per gratiã. Quidã ſpiritu-
aliter et ſacramentaliter. vt qui accipiunt rem et ſacramentum
i. cõmunicantes in gratia. Quidam neutro modo. vt q̄ nec reꝫ
nec ſacramentum accipiunt vt heretici qui nihil conficiũt. Pri
mi non manducantes manducant. Secundi manducãtes eti-
am non manducant. Tertij manducantes manducant. Quar
ti non manducantes non manducant. Circa cõmunionẽ com
mittitur peccatũ tribus modis. Primo cũ quis ſtatuto tẽpo-
re cõmunionẽ dimittit. Io. vi. Niſi mandu. car. fi. ho. etc. Se-
cũdo cum quis ſuo tempore male accedit Apoſto ad Cor. xi
Qui autem ſumit indigne iudiciũ ſibi mãducat et bibit. Ter-
tio cum poſt cõmunionẽ a peccatis ſe non cuſtodit. et iſte tri-
plex malum incurrit Primo quia xp̄m quẽ ſuſcipit ignominio
ſe a ſe expellit et turpius eijcitur quẽ non admittitur hoſpes.
Secundo quia talis quodãmodo ſimilitudinẽ iude gerit qui
poſt q̄ cũ xp̄o cenauit ip̄m tradidit. ſic et Abſalon fratrẽ ad cõ
uiuiũ vocauit et poſtea occidit. Tertio quia ordinem honeſta
tis peruertit. Venturo enim reuerentiã exhibet preſenti nul-
lam. Unde ſimilis eſt illis qui ramis oliuarum obuiauerunt
chriſto. et poſtmodũ crucifixerunt qualiter autẽ ad cõmunio-
nem accedendũ ſit diſcere poſſumus in eſu agni paſcalis. Co
medebant enim iudei accinctis renibus et calciatis pedibus.
baculos habentes in manibus cum lactucis agreſtibus et pa
nibus azimus feſtinanter per primũ ſignificatur puritas caſti
tatis. Luce. c. xij. Sint lumbi veſtri precincti etc. per ſecundum
affectus deuotionis. Cañ. iiij. q̄ pulcra es in calciamentis p̄
cium memoria dñice paſſionis. Gen̄. c. xxxij. In baculo meo
tranſiui iordanem iſtum. per quartũ amaritudo contritiõis. p̄
lxxix. Cibauit nos pane lachrimaꝝ. per quintũ promptitudo

bonē voluntatis et operationis. Prouer: Vidiſti hominem
velocem in operibus ſuis coram regibus ſtabit. Itē quales
debeant eſſe cōmunicantes oſtenditur in rebus ſacerdotalibꝰ
Requiruntur eñ iſta. ſ. iuditiū diſcretionis. munditia caſtita-
tis. mortificatio carnis. conſtantia fortitudinis. perſeuerātia
longanimitatis: perfectio charitatis. Primū notatur in ſuphu
merale. Secundū in alba. tertiū in cinctura. Quartū in fauore
ſiue manipulo q̄ portatur in brachio. ſicut clypeus Quītū i ſto
la. ſextū in caſula. Corpꝰ xp̄i ſumit̄ velatū accedētibus multi
plici ratione. Primo propter meritū q̄tū ad bonos: qꝛ ſcd̄m
Grego. Fides non hꝫ meritū cui humana ratio preſtat experi-
mentū. Secundo propter indignitatē quo ad malos. Exēplū
de bethſamitibus qui ꝑcuſſi ſunt qñ archam dñi illuſerūt. ter
tio ꝓpter imbecilitatē quantū ad omēs. Non eñ poſſemꝰ vi-
dere claritatē corporis chriſti glorificati. Exemplū de moyſe
in cuius facie non poterāt intendere filij iſrael qñ reſplēduit
Quarto propter vitandū horrorē crudelitatis. qui fieret ſi chri
ſti carnē dentibus attractaremus. Tres ſunt cauſe. quia laicis
nō datur iſtud ſecramentū ſub duplici ſpecie. Prima ē qꝛ poſ-
ſent credere ꝙ totus chriſtus nō eſſet ſub vtraqꝫ ſpecie. Secun
da propter periculū. quia de facili poſſet effundi ſanguis. ter-
tia vt veritas reſpondeat vmbre. quia in lege non habebāt eti
am offerētes de libamine.

De abſtinentia a communione. Cap̄. xvij.

a Bſtinentia quedā a ꝯmunione propter culpā ꝓpriā
et aliqua ſine culpa mortali. ſed propter ſacramēti re
uerentiā. ſicut qui ſentiunt ſe minus mundos mēte
vel carne. vel etiam indeuotos. et iſti bene faciūt. dūmō ꝓpoſ-
ſunt iuſte ei ſine alioꝝ ſcandalo ſuperſedere. Unde vbi non in
ſtat neceſſitas conſulendū ē talibus vt de ꝯmunione expectēt
quouſqꝫ parati et deuoti ac circūſpecti poſſint accedere. Nulla
tamē neceſſitas debet cōpellere. vt aliquis in peccato mortali
exiſtens ſcienter cōicet. peccatū facit indignū ꝯmunione tribꝰ

modis. Aut in habitu: vt qñ quis accedit non ꝯtritus de pec
cato preterito etiā confeſſus. aut in actu: vt quando quis imu
tat formā ſacramenti et irreuerenter ipſum tractat. aut in ꝓpo
ſito. vt quādo habet voluntatem peccandi in futuro propt̄ re
uerentiam ſacramenti fit etiam excluſio a cōmunione tripli
ter. Primo propter reuerentiā ſacramenti exterioris. ſic exclu
dit pollutio et imundicia corporalis. Secūdo propter reueren
tiam rei contente ſub formis. ſic excludit defectus iudicij ratō
nis. vt in pueris amentibus. Tertio propter reuerentiam rei ſi
gnate. i. vnitatis corporis miſtici. ſic excludit vinculū iterdicti
vel ſuſpenſionis vel excōmunicationis. vel etiā iniuſte. Sic igi
tur propter ſolam reuerentiā ſine omni culpa excludunt̄ multi
a cōmunione. Hoc primo patet in pueris q̄ tamē ſi ſunt prope
etatē adultam. ſ. x. vel. xij. annoꝝ et apparēt in eis ſigna reue-
rētie et diſcretionis poſſunt ſumere alias non. Idē patet in fu-
rioſis qui excludūtur ſine culpa q̄ tñ ꝯmunicare pñt qñ habēt
lucida interualla. Item cū quis habet lutoſas manus licet hu
ius non ſit culpa. tamē pro ſola reuerentia non debet tractare
corpus chriſti. Tria genera hominū excludebantur in lege
ab eſu agni. ſ. incircunciſi q̄ ſignificāt accedētes irreuerēter ad
ꝯmunionē. Legitur h. ij. ꝙ percuſſus ē oza qui tetigit archā 034
dñi. Item alienigene hi ſignificant infideles de quibus Gen.
Fera peſſima deuorauit filiū meū. Item imundi qui ſignificāt
habētes peccatū mortale. vnde: Eſa. c. lij. Mundamini q̄ fer-
tis vaſa domini. Unde verſus Indigne ſumis ſi ſumis ireue
renter vel non catholice. vel habens mortale ſcienter. Qui nō
cōmunicat ſuo tempore multa mala incurrit. Primo quia ta-
lis multiplici vtilitate priuatur de qua ſupra dicitur de effectu
eucharistie. Si enim Raab ſaluata eſt qꝛ ſuſcepit nūcios dñi
multomagis qui chriſtū ſuſcipit. Secundo qꝛ ꝯſtitutionē eccle
ſie tranſgreditur. Statuit enim eccleſia ꝙ qui nō cōmunicat in
paſca viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur. et moriens careat
eccleſiaſtica ſepultura. Tertio quia maledictionē incurrit Pro
uer. Veh. ſoli etc. ſed bene ſolus eſt qui chriſtum non habet.
Quarto quia vires dño non rependit. Augꝰ. Verecundum ē

ſibi hoſpicium denegare qui ſolet omnem pulſantem admit-
tere. Quinto quia vires ſpirituales perdit. Quilibet enim qui
eſt ſine mortali eſt membrū corporis myſtici. Membrꝝ autem
debet ſuſtentari alimento corporis xp̄i veri Alioqui efficitur
aridū ſicut corporeū membrū ad qḋ nō tranſmittitur corpora-
lis cibi nutrimentum.

De officio miſſe. Cap̄. xviij

P Rerogatiuas plurimas habet miſſa. Primo quia ce-
lebratur a ieiunis. Secūdo qꝛ tantum ī eccleſia: et ſu-
per altare: niſi qn̄qꝫ propter neceſſitatē fit in alio loco
honeſto. Tertio quia oportet celebrātem eſſe ſacerdotem
Quarto qꝛ oportet cū indui ſacris veſtibus. Quinto quia fit ī
die tantū et non de nocte niſi in natiuitate dn̄i. Sexto quia ce-
lebratur accenſo lumine: etiam ſi ſol luceret ſuper terrā. Sep-
timo quia ibi ſonant verba dn̄ica angelica et humana. Diui-
na quidē dicitur vel cantatur. Pater noſter. et euangelia. āge-
lica vero qn̄ dicit̄ Gloria in excelſis deo etc. Humana autē vt i
collectis et huiuſmodi. Octauo quia ibi audiuntur ydiomata
nobiliſſima. ſ. hebraicū et ſabaoth et oſanna. grecū. vt kyriel':
latinum in alijs. Nono quia miſſa eſt tam plena myſterijs ſi-
cut celū. ſtellis et empireū angelis. Decimo quia ſacerdotes ī
ſolennibus eccleſijs habent in miſſa ſua plures miniſtros di-
aconū. ſubdiaconū et acolitos. Undecimo quia angelis ibi
exiſtentibus inſufficientes ſumus in preſentia tante maieſta-
tis eſſe ſcolares. Duodecimo quia ibi eſt dn̄s celi et terre Of-
ficium miſſe quia moraliter exponitur ita. Introitus ſignifi-
cat inchoationem boni et duplicatur. quia ī noſtra intētione
debem⁹ declināre a malo et facere bonū. kyriel'. qḋ nouē vicib⁹
variat̄ ſignificat īuocatio nē mīe dei qua nouē modis indige-
mus. Primi tribus modis quantū ad peccatoꝝ remiſſionem
qui cōmittimus corde ore, et opere. ſecūdis trib⁹ mōis q̄tū ad
grē collationē fidei ſpei et charitatis. Tertio tribus modis q̄
tum ad glorificationem gaudebimus in deo ſuper nos intra
nos: de nobis ipſis et iuxta nos de proximis. Gloria in ex-
celſis ſignificat gratiaꝝ actionē. Collecta deuotā orationem

Epiſtola et euangelium noue et veteris legis obſeruationē.
Graduale et alleluya. vite actiue et contemplatiue perfectionē
Offerenda contribulati ſpiritus ſacrificium. Secreta ſignifi-
cat ſtatum vie. Prefatio ſtatum patrie. ſanctus exaltationem
angelorum preſentiū. Canon tranſitum membroꝝ in corpus
chriſti myſticū. Pater noſter filiationem ſignificat per gratiā.
Agnus dei liberationem per miſericordiā et triplicatur. vt li-
beremur a malis preteritis preſētibus et futuris. Cōmunio ſi-
gnificat boni operis cōſummationē. Circa quedam alia que
ſunt in miſſa notant ſignificationem allegoricam Intelligim⁹
enim per altare crucem. per calicem ſepulchrum per patenam
lapidem ſuperpoſitū per corporale ſindonem in qua corpus
dn̄i fuit iuolutum. Nota etiam ꝙ omnes miſſe ſunt eque bo-
ne quantum ad opus operatū. Una tamen eſt melior altera
quantū ad opus operans. Unde melius eſt audire miſſā bo-
ni ſacerdotis quā mali. ſicut in menſa corporali eundē cibum
iocundius ſumimus a mundo miniſtro quā ab immūdo. No-
ta ꝙ periculum eſt ſi celebrant miſſam in peccato mortali vel
habens manus tremulas vel caducū morbū habet aut deli-
rus. aut idiota eſt. vnde talibus eſt iniungendū ꝙ abſtineant
a miſſa. Item quando aliquis eſt celebratur⁹ miſſam bis nō
debet ſumere ablutionem in miſſa priori. quia ad miſſam ſe-
cūdam accederet non ieiunus.

De negligentijs que fiunt in miſſa Ca. xix.

S J per negligentiā euenerit ꝙ perlecto canone nec vi-
num nec aqua reperiatur in calice. ſtatim perfundi de-
bet vtrūqꝫ. et ſacerdos iterabit conſecrationē ab illo
loco. ſimili modo et perficiat vſqꝫ in finem. ita tn̄ vt dimittat
duas cruces que fieri ſingulariter ſuper hoſtiam conſueuerūt.
vel melius poteſt dici ꝙ aliā hoſtiā ſumat ad canonē et a pri-
cipio incipiat. ꝙ ſi de ſimplici vino vel aqua fiat conſecratio.
vinū reputabitur pro ſacramento. ſed aqua non ſi quid de ſan-
guine ceciderit ſuper corporale vel palam altaris ſuper albaꝫ:
vel caſulā pars illa reſcindatur et in loco reliquiarū reſeruetur
primū extracto ſacramento q̄tum poterit et ſūpto deinde ablu-

atur et ſumatur ablutio. Si vero ſuper terram lapidem vel li-
gnū ceciderit lingendus radendus et extergendus eſt locus il
le et puluis in ſacro loco ponendus. porro ſi in ipſum ſangui
nem muſca vel aranea ceciderit vel aliquid tale quod vix ſine
vomitu vel mortis periculoſum potest per fundatur et laue-
tur quā cautius poteſt in calice et ablutonem ſumat ſacerdos
ſed muſca ſiue aranea ſuper piſcinam cremetur. quod ſi corpꝰ
ſiue de corpore chriſti ſup palam altaris ceciderit vel ſup veſti-
mentum non incidatur. ſed vino abluatur et a miniſtro ſuma
tur. ſed ſi infirmus corpus dn̄i reijciat ſuſcipiatur prout dilig-
tius poteſt et ſumatur a ſacerdote vel ab aliquo puero diſcre-
to et mundo ſi eger non poteſt illud reſumere.

## De penitentia — Cap. xx

p

Enitentia eſt vt ait Ambro. Preterita mala plange
re et plangenda iterum non committere. Item Gre-
gorius. Penitentia eſt ante acta peccata flere. et ite-
rum flenda non committere. Penitentia diffinitur per dupli-
cem actum. Unum qui eſt reſpectu preteriti. ſ. preterita plāge
re. Alterum reſpectu futuri. ſ. plangenda non committere Pri
mus actus ēſt in re. Secundus in propoſito. Penitentia du-
plex eſt quedam interior tm̄. et hec de iure naturali. Quedā ex
terior que fit ad arbitriū hominis prima non eſt ſacramentū
proprie. Secunda vero ſacramentū eſt. non enim penitentia
per ſe ſuſcepta dicitur proprie ſacramentū eccleſie. Cum talis
etiam ante baptiſmū poſſit fieri ſed penitentia iniuncta ꝑ mi-
niſtros eccleſie ſacramentum eſt. Notandum quoqꝫ eſt ꝙ lu-
gere pro peccatis proprijs eſt actus penitentie que eſt virtꝰ iu-
ſticie. ſed lugere pro peccatis alienis ſiue malis eſt alterius vir
tutis. ſ. miſericordie. Lugere vero pro bonis eternis eſt actus
tertie beatitudinis de qua dicitur. Beati qui lugent etc. De du
ratione penitentie ſciendum ꝙ exteriorem non oportet eſſe ꝑ
petuā. ſed de interiori diſtinguitur. eſt enim penitentia interi-
or ſecundū habitum. et hec debet eſſe perpetua. alia eſt ſecūdū
actum. et hanc non oportet eſſe perpetuam. ſemper enim tene
tur quis ad interiorem penitentiam habitualem qua vellet et

vult de cetero non peccare ſed ad exteriorem penitentiā non
ſemper tenetur. Item alius eſt dolor rationalis qui eſt pecca-
ti deteſtatio. alius ſenſualis que eſt paſſio. et primus dolor ſē
per debet eſſe in penitentia. ſecundus non eſt de neceſſitate
Item ꝙuis homo non ſit certus de peccati remiſſione. tamē
non oportet propter hoc penitentiam exteriorem eſſe perpetu-
am. quia non exigitur in talibus certitudo ſcientie: ſed ſufficiē
tia coniecture probabilis. vt eſt quando homo fecit probabi-
liter quod debebat dolendo. confitendo. ſatiſfaciendo. emen
dando. Cum in omni ſacramento noue legis ſit aliqua mate
ria viſibilis elementi que eſt ſignum et cauſa gratie. ſit etiam
in ſacramento penitentie. et debet eſſe: ſed tunc materia ſenſi
bilis large ſumitur pro omni re. ſiue res illa ſit exterior ſubſtā
tia. ſiue actio humana. Unde ſecundū hoc in penitentia pro-
ut eſt ſacramentum ſunt res et verba. Uerba quidem in con-
feſſione et abſolutione ſunt. res autem eſt ipſa actio humana
Ad intelligendum iſta plenius notat ꝙ ſicut in medicinis cor
poralibus quedam conſiſtunt in ſola paſſione curati. vt eſt ſe
ctio vulneris. quedam vero in actione. vt eſt exercitatio corpo
ris. ita in ſacramentis quedam conſiſtunt in paſſione eius q̄
ſanctificatur et non ī actione niſi per accidēs. vt baptiſmus. cō
firmatio: eucbariſtia. extrema vnctio. ordo. Quedam vero cō
ſiſtūt in actu eius qui ſāctificatur vt penitētia et matrimonium
In primis ergo que ſine actu noſtro operātur requiritur exte
rior materia que ſignificat et cauſam et rem ſacramēti. In ali
is vero ipſe actus noſter eſt pro materia ſenſibili. ſimiliter ex
predictis patere poteſt ꝙ quoddā eſt ī hoc ſacramēto cauſa
tm̄. vt actus penitētis exterior. quoddam eſt res tm̄. vt remiſ-
ſio pctōꝝ. quoddā res et ſacramētum. vt ꝯtritio interior

## De qualitate penitētie. — Cap. xxi

e

St penitētia quedam vera. Auguſtinus. Peni-
tentia vera eſt penitēda nō committere ⁊ cōmiſſa
deflere. Quedam eſt falſa Iſidorus irriſor ē ⁊ nō

peniter s qui adhuc agit quod peniteat. Quedam eſt coacta. ps. Conuerſus ſum in erumna mea etc. Quedã eſt ſera. Aug⁹ Si tunc penites quando peccare non potes. peccata miſerunt te non tu illa. Quedam iniqua. Mathei. ca. xxvij. Judas pe⸗nitentia ductus etc. Quedam deſperata. Sapientie. Per angu⸗ſtia ſpiritus gementes dicentes intra ſe. penitentiã agentes. Quedam ſancta et meritoria. Berñ. O felix penitentiũ humi⸗litas. O confitentiũ bona ſpes ꝙ facile vinciſ inuincibilem ꝗ̃ cito tremebundũ iudicem conuertis: in piiſſimũ patrẽ Debet penitentia eſſe amara. Hie. Planctũ vnigeniti fac tibi. Volun⸗taria Aug. Cum gaudio debet facere immortalis futurus q̃ cunq̃ faceret homo pro differenda morte moriturus. Perfe⸗cta. Aug. Nulla penitentia ſera dũmodo vera. Accelerata Ec⸗cle. v. Ne tardes conuerti ad dñm perſeuerans. Cañ. Laui pe⸗des meos quomodo inquinabo illos. Fortis. Hie. Licet in li⸗mine iaceat pater. licet mater vbera quibus te nutrierat oſten⸗dat per calcatum perge ad patrẽ etc. Item penitentia dicitur eſſe refectio ſpiritualis cum chriſto ſemper victuro non cũ la⸗zaro iterum morituro. Penitẽtia debet eſſe prompta et ñ diu dilatata. Ut id expectaui vt faceret vuas etc. Primo. ſ. ne infru⸗ctuoſi ſimus. vnde Eſa. ca. v. Expectauit vt ſalu. fecit autẽ ſpi. Secundo quia ad magna vocamur. Beñ Ego ero merces tua magna. Tertio ne ab eternis nuptiis excludamur ſicut factuʒ eſt fatuis virginibus que differebant ſe preparare. Quarto ne ab hoſtibus impediamur ſicut filij iſrael a pharaone ne egre⸗deretur de egypto. Quinto quia relinquere peccatũ etiam pe⸗nis compellimur. Grego. Contemnendus eſſet mundus etiaʒ ſi rebus proſperis abundaret. At cum tot aduerſitatibus ani⸗mũ pulſat. cũ tot calamitatibus ingeminant. quid quã vt non ametur culpat. Sexto ne blande ſeducamur: ſicut auis per fi⸗ſtulam aucupis. et ſicut piſcis per heſcam in hamo. et ſicut vr⸗ſus per mel. Septimo ne morte preueniamur. Greg. Nihil cer⸗tius morte etc. Octauo ne conſuetudine teneamur. ſicut ar bor de facili non euellitur cum bene radicatur. Hiere. c. xiij. nunq̃d ethyops mutare pellem ſuam etc. Ad agendam penitentiam

mouent quattuor de quibus Berñ. Nimis durum eſt cor qḋ non emollunt beneficia nec terrent ſupplicia. nec alliciunt pro⸗miſſa nec caſtigant flagella. Impedimenta ſunt hec. ſ. Puſil⸗lanimitas aggrediendis. tales ſunt ſicut equus vmbratic⁹ qui trunco vel vmbra terretur Pudor confitendi. ſed ſicut ait aug⁹ Verecundia magna pars penitentie eſt horror ſatiſfaciendi. Sed cõtradicit Aplus. xi. ad cor. vi. Hoc momentaneum et le⸗ue tribulat cor. Delectatio peccandi: ſed temporale eſt quod delectat eternum quod cruciat. Spes diu viuendi. ſed domi⸗nus dicit ꝙ ſecuris ad ra. ar. po. eſt. Deſperatio gratiam obti⸗nendi. ſed contra dicit. Ezechi. xviij. ca. Quacunq̃ hora inge⸗muerit peccator. Timor recidiuandi. Augu. Quando cecidi erexit me quando ſteti tenuit me quando iui duxit me. Ita lo⸗quitur de deo. exemplũ delinquendi: ſed ſtultus eſt qui vidit aliquem cadentem in foueam ſi non ſit in eodem loco cautior Conſuetudo peccandi. ſicut balaam conſuetus monſtris nõ curauit ꝙ aſina loqueretur. Confidentia de dei miſericordia ꝙ quando penituerit ipſum recipiet. ſed hoc eſt peccare in ſpi⸗ritũſanctum. Grego. Miſericordiam dei debemus ſaltem eru⸗beſcere ſi iuſticiam volumus formidare.

De effectu penitentie. Cap. xxij

P Er penitẽtiã abſoluitur homo a peccato reſtituitur eccleſie reconciliatur chriſto: donis ſpiritualibus di⸗tatur: de filio diaboli filius dei efficitur. paradiſus aperitur. Hec eſt que angelos letificat impium iuſtificat. amiſ⸗ſa bona reuocat. vitam eternam donat. penam eternam vitat. Itẽ penitẽtia eſt ſecunda tabula poſt naufragiũ. ad quã pecca⸗tor poteſt recurrere dum viuit in ſtatu vite preſentis. Quãdo q3 et quotienſcunq3 diuinã miam voluerit implorare. Du⸗plex eſt naufragium. ſ. peccati originalis et actualis. ſed de pri⸗mo liberamur per tabulam baptiſmi que virtutis efficatiã ac⸗cepit a tabula crucis chriſti. De ſecundo autẽ liberamur per ta⸗bulam penitentie quã diuina clementia prouidit homini quia

pro peccato actuali non poteſt iterum baptizari. Nota ꝙ a
reatu peccati liberamur per gratiã a ſequelis autẽ peccatoꝝ ꝑ
penitentiã et partes penitẽtie. a miſeria vero per gloriã. Item
nota ꝙ qualiter opera mortificata viuificantur. quia licet veꝝ
ſit ꝙ a priuatione ad habitũ ſit regreſſus in vita naturali. non
tamen eſt veꝝ in vita morali. Nã a priuatione ad habitũ vo-
lantariũ eſt regreſſus. ſ. a morte culpe ad vitã gratie. Unde di-
cendũ eſt ꝙ ſicut peccata actualia tranſeunt actu et remanent
reatu. ita bona opera tranſeunt actu et remanent merito. Se-
cundũ autẽ ꝙ manent dicuntur mortificari vel viuificari. Bo-
na igitur opera quãdiu coniuncta ſunt radici merendi. ſ. chari-
tati dicuntur viuere. quando ab illa ſeparantur dicuntur mori
et quando reuertuntur dicuntur viuificari. quia redeunt ad ſta-
tum ſue originis videlicet gratie et charitatis. et quia valẽt ad
maiorẽ ratificationem charitatis.

De partibus penitentie. Ca. xxiij

p

Artes penitentie integrales ſunt tres. ſ. cõtritio. con-
feſſio. et ſatiſfatio. Quis eni ↄplementũ peccati nõ
poſſit eſſe in actu ſolum. et oris et cordis ſolum vel
trium ſimul. tamen ad perfectionẽ penitentie exigitur horum
triũ aggregatio. Licet ad eſſe ſimpliciter ſufficiat contritio in
actu et confeſſio et ſatiſfatio in propoſito. nõ enim i his q̃ ha-
bent eſſe ſuceſſiuũ exigitur ꝙ partes integrales ſunt ſimul. ſꝫ
exigitur hoc in toto ꝙ habet eſſe permanens. Quod aũt ſint
tres partes penitentie ſic oſtenditur. Penitẽtia enim ẽ quod-
dã ſpontaneũ iudiciũ in quo cõtritio eſt quedã citatio vbi ſe-
quitur reiterante iudicẽ ſpontanea confeſſio. Deinde ſequitur
per iudicẽ impoſite emende ſolutio. Sed in hoc differt iudici-
um fori a iudicio poli: quia ibi confeſſus in iure condẽnatur.
et hic abſoluitur. Alia eſt partiũ iſtaꝝ ſufficientia. quia ob pec-
catũ cõmittitur corde vel opere iuſtũ eſt vt per contrariũ curen-
tur. ſ. vt peccator culpã aĩo deteſtetur verbo exprimat. et facto
puniat. Itẽ per peccatũ offendit homo deũ eccleſiã et ſeipſũ
ſed per contricionem reconciliatur deo. per confeſſionẽ eccle-
ſie et per ſatiſfationẽ ſibi. Itẽ iſte tres penitencie partes ſunt
diete quibus itur ad terrã promiſſionis. de quibus dicit̃. c. iij
Exo. Ibimus viam triũ dieꝝ. Item iſte tres partes ſignificãt
tres mortuos moraliter quos dñs ſuſcitauit. quoniã per con-
tricionẽ ſuſcitatur puella in domo. per confeſſionẽ iuuenis in
porta. per ſuſcitationem lazarus in ſepulchro

De contritione. Ca. xxiiij

c

Ontricio eſt dolor voluntarie pro peccatis aſſũptus
cum propoſito confitendi et ſatiſfaciendi. Hec diffi-
nitio magiſtralis e. et ponit ibi dolor pro genere vo-
luntarie aſſumptus ponitur ad differentiã doloris naturalis
qui non eſt meritorius cum non ſit de genere moris. ſed vo-
luntas ponit eum in genere morali pro peccatis. ponitur ibi
pro materia doloris ad differentiam doloris inuidie qui eſt in
bono alieno. Sic ergo diffinitur contritio prout eſt actus vir-
tutis. ſed vt eſt pars ſacramẽti penitentie oportet ꝙ aliquid ĩ
cõparacione ad alias partes addat̃. et ideo ponit̃ cum propo-
ſito confitendi et ſatiſfaciendi. Nota ꝙ cor dicitur durum
qñ diuine inſpirationi ſe tangenti non cedit. ſed obuiat in ef-
fectu peccati demorando. Frangi vero dicitur quãdo incipit
a propoſito peccandi creſcipiſcere. licet mundũ totaliter con-
uertatur. Conteri vero dicit̃ quando voluntas perfecta ab ef-
fectu peccandi reſilit. In contritiõe duplex ẽ dolor. Unus eſt
voluntatis qui non eſt aliud ꝙ peccati diſplicẽtia. Alius ẽ ſen-
ſibilis. prius ẽ de eſſentia contritionis. et de hoc dolore intel-
ligitur illud Hiere. ca. vi. Luctũ vnigeniti fac tibi. qr hõ ex rõe
debet magis velle nũꝗ peccaſſe ꝙ vnigenitũ viuere. Secun-
dus vero dolor non requiritur de neceſſitate contritionis. ſed
de perfectione: quia talis dolor non eſt in noſtra poteſtate.
Nota etiam ꝙ contritio poteſt tantũ intendi ꝙ nõ ſolũ culpa
ſed etiam tota pena dimittit̃. Hoc poteſt fieri dupliciť. Uno
modo ex parte charitatis que diſplicentia cauſat peccatum: qe

quandoqȝ contingit tantum charitatem incendi ĩ actu ꝙ con
tritio inde ſequens merebitur abſolutionem ab omi penavt
in magdalena. Alio modo fit iſtud ex parte doloris ſenſua-
lis quem voluntas in contritione excitat. quia ille dolor que-
dam pena eſt que tantũ poteſt intendi ꝙ ſufficit ad delectio-
nem culpe et pene. differentia quedam eſt inter attritionẽ. con
tritionem ſicut inter informe et formatũ ſecundũ ꝙ dicitur de
fide informi et formati. Utrum autẽ attritio fiat contritio. di-
ſtinguendum eſt. quia contritio dicitur cũ gratia tritio. hec au
tem poteſt eſſe dupliciter. Uno modo eſt cõmunicatiua. quia
gratia aſſociatur motui exiſtenti in anima et illam informat
ꝗuis non eliciat. Alio modo per cauſam ita ꝙ motus a gra-
tia eliciat. Primo mõ attritio fit ꝯtricio. qꝛ actus ille ſimplex ma
nẽs in aĩa formatꝰ adueniẽte grã ſic color adueniẽte luce Secũ
do modo impoſſibile eſt ꝙ attritio fiat contritio. ſed ſi queritꝰ
quandiu quis de peccato dolere debeat. Rñ. ſicut dicit Hugo
de ſancto victore. Deus qñ abſoluit a vinculo peccati hominẽ
colligat cum vinculo deteſtationis ꝑpetue. ſed deteſtatio pec
cati perpetua quedam eſt in habitu ad quã ſemꝑ tenetur ho-
mo. etiam poſt perfectã peccati remiſſionem de qua dicit Au
gu. loquens de penitente ſemꝑ doleat, et de dolore gaudeat.
et non ſemper doluiſſe doleat. Alia deteſtatio eſt in actu. Ad
hanc homo non tenetur ſemper. Sciendũ autẽ ꝙ beati et dã
nati et hi qui ſunt in purgatorio non habent contritionẽ pro-
prie cuius ratio eſt quia in contritione proprie ſũpta ſunt tria.
ſ. gratia et dolor et effectus meriti ſatiſfacientis In beatis au
tem non eſt dolor. In dãnatis vero non eſt gratia: et hiꝗ ſũt
in purgatorio non merentur.

De confeſſione. Ca. xxv.

c Onfeſſio eſt vt ait aug⁹. per quam morbus latẽs ſpe
venie aperit. confeſſio ſacramẽtalis que eſt pars pe
nitẽtie ꝯuemẽter deſcribitur per miam qui ẽ peccatũ
et per actum qui eſt aperire. et per finẽ que eſt ſpes venie. Du-
plex eſt confeſſio. quedam eſt mentalis que deo fit. et hec ẽ de
iure naturali. quedã ẽ vocalis que fit hoi: ⁊ hoc nõ ẽ de iure na

turali ſed euangelico Igitur ante incarnatione chriſti ſuffi-
ciebat confeſſio mentalis. quia deus nondũ erat hõ. ſed poſt
ꝙ factus eſt homo. debet confeſſio fieri homini vicario chri-
ſti. In hoc enim ꝙ miniſtris ſacramentoꝝ xp̃s dedit poteſta
tem ligandi atqȝ ſoluendi. inſinuauit confeſſionẽ eis tanꝗ iu
dicibus fieri debere. ſic ergo chriſtus inſtituit confeſſionẽ ta-
cite. ſed apoſtoli emulgauerunt eam expreſſe. Jaco. ca. vltio.
Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Quãuis igitur in cõtri
tione remittatur peccatũ cõiter. tamẽ confeſſio vocalis eſt ne-
ceſſaria in re quãdo habetur oportunitas vel in propoſito ar-
ticulus neceſſitatis. eam excludit. et non contentus religionis
et iſta neceſſitas confitendi poſt contritionẽ non eſt in tali ca-
ſu propter neceſſitatem remedij cũ peccatum iam ſit dimiſſũ.
ſed propter obligationẽ precepti. Confeſſio enim et ſatiſfatio
neceſſaria eſt non ſolum propter reconciliationẽ in iuditio dei
ſed etiã in iudicio eccleſie. Quas circunſtantias teneamur con
fiteri. Nota ꝙ circunſtantiaꝝ qu[illegible]nt trahentes ĩ aliud ge
nus peccati. vt coire cum mulier[illegible]iugata. et has tenetꝰ ho-
mo confiteri. Quedam ſunt a[illegible]ntes in eadẽ ſpecie et ha
rum quedã ſunt non aggr[illegible]otabiliter. ſicut ſcientia et
huiuſmodi. has non tenet[illegible] confiteri. quia ſunt quaſi ve
nialia peccata. quedã ſunt aggrauantes notabiliter: et has ſe
cundum quoſdã tenetur homo confiteri. non enim ſufficit illi
qui accepit centũ marchas de alieno. dicere ego accepi alienũ
cũ hoc poſſet verificari ſi accepiſſet vnũ denariũ ſecundũ ali-
os communius. ſed non tutius opinantes non oportet.

Circunſtantie, aggrauantes peccatum notantur his verſi-
bus. Aggrauat ordo locus mora cauſa ſcientia tempus. Au-
cta puſilla modus genus et ſtatus altus. Conditio numerus
etas et ſcandala ſexus. Quãuis peccata alicuius nota ſint ſa-
cerdoti. tamen oportet eã confiteri quia non ſunt ei nota vt iu
dici. Quadiu poſſit quis differre ꝯfeſſionẽ due ſunt opiniões
Quidã enim dicunt ꝙ peccator tenetur confiteri ſtatim habi
ta oportunitate ſufficienti Alij cõmunius dicunt ꝙ cũ ꝯfeſſio
ſit inter precepta affirmatiua non obligat niſi pro loco et tem

poꝛe Eccleſia autem determinat in decretis ꝙ oīs hō ꝯfiteat
ſemel in anno. quia habet tūc quilibet de neceſſitate cōmuni
care. In caſibus autē quattuoꝛ tenetur quis an̄ hoc tēpus cō-
fiteri. vnus eſt rōe ſacramenti. qꝛ vult comunicare vel celebra-
re. Alius ratione periculi. vt ſi eſt in periculo moꝛtis. Tertius
eſt rōe ꝯſcientie. vt ſi dictat ſibi conſcientia ꝙ ſtatim teneatur
Quartus ē ratōe dubij. vt ſi non ſperat illo anno habere con-
feſſoꝛē quē modo habet. Vel ſi habet caſum papalē et modo
habet copiam ꝯfeſſoꝛis ſeu penitentiarij dn̄i pape. Si quera-
tur vtrum confeſſio facta in peccato moꝛtali valeat. Dicendū
eſt ꝙ confeſſio eſt in remediū et in preceptū. Inquantum eſt
in remediū non valet in moꝛtali facta tamē abſoluitur homo
a precepto ſicut ficte baptiſmū ſuſcipiens non recipit niſi ſacra
mentū. et non rem ſacramēti. verū confeſſio ſit iteranda. No-
ta ꝙ regulariter nullus tenetur confeſſionē bona fide factam
iterare amplius. Sunt tamen quattuoꝛ caſus in quibus tenet̃
quis iterare confeſſionē quoꝝ duo ſunt propter confeſſoꝛem.
Primus ſi deficit confeſſoꝛi clauis potentie eo ꝙ non habet
poteſtatem ab illo peccato abſoluere. Secundus eſt ſi deficit
ſibi clauis ſcientie. quia neſcit diſcernere. Tertius eſt ſi ꝯfitens
dimidiauit confeſſionē. opoꝛtet enim ꝙ vni fiat confeſſio inte-
gre oīm que habentur in memoꝛia. Si vero aliqua exciderūt
a memoꝛia. non ideo debet reputari cōfeſſio dimidiata. Quar-
tus eſt ſi contempſit ſeu neglexit et oblitus eſt ſatiſfationē. nā
ſi ſciret et adimplere vellet non opoꝛteret confeſſionem iterare
Si vero aliquis cadat in peccatū poſt ꝙ bona fide fecit cōfeſ-
ſionem. queſtio eſt vtrū teneatur confeſſionē pꝛius factam ite
rare. et eſt opinio ꝙ non in ſpecie ſed in genere. licet aliter di-
cant quidā. Nota ꝙ confeſſio facta per nuntiū vel per epiſto-
lam. licet ſit quoddā bonū et meritoꝛiū. tamē inquantū ē pars
ſacramenti penitentie non poteſt ſic fieri. quia determinatam
habet materiam. ſcilicet actus ſermonis quo conſcientia ho-
minis manifeſtari conſueuit. Unde ſine neceſſitate non licet
taliter. In neceſſitate poteſt defectus per equipolentem ac-
tum ſupleri.

Notā

quattuor caſus in quibus tenetur iterare confeſſionem

De qualitate et effectu confeſſionis. Cap. xxvi

q Ualis debeat eſſe confeſſio notatur his verſibus.
Sit ſimplex humilis confeſſio pura fidelis. Vera
frequens nuda diſcreta libens verecunda. Integra
ſecreta lacbrimabilis accelerata. Foꝛtis et accuſans et ſit pare
re parata. Ad multa valet confeſſio. A moꝛte libera. qꝛ ſicut
cōfeſſus in foro contentioſo dānatur ſic in ſpirituali liberatur
Uulnera mentis ſanat. Hie. Uulnus non intellectū tardius ſa-
natur. Deū homini manifeſtat. Aug⁹. Si nollem confiteri nō
me tibi abſconderē: ſed te mihi. Paradiſum aperit. auguſtin⁹
O breue verbū peccaui quod aperit poꝛtas paradiſi. Exem-
plum in latrone peccata tegit. Unde quedā gloſa. Si homo
detegit deus tegit. Miſericoꝛdiā diuinā emollit. Gloſa ſuper
illud. Delictum meū cognitū tibi fe. Si homo agnoſcit deus
ignoſcit. Animū iocundat. ps. In voce exultationis et confeſ-
ſionis epu. Interceſſoꝛes multiplicat. ſacerdotes em̄ pro ſuis
confeſſis oꝛant. Conſcientiā mundat. aug⁹. Confitēdo fit hō
de fedo pulcher. Fedus dyaboli rapit. Sicut cum aliquis ſecre
tum alterius detegit. Deo hominē coniungit. augu⁹. Quid ꝑ
pius auribus dei ꝙ̄ ꝯfitens coꝛ. et vita q̄ eſt ex fide. In via ſa
lutis dirigit. Prouer. xxviij. Qui abſcondit ſcelera ſua nō diri
getur et contrario etc. peccatum delet. p̄. xxxi. Dixi confitebor
aduerſum me etc. Satiſfationē ſuplet. Glo. ſuper mathеū. Iu
bemur confiteri peccata noſtra vt erubeſcentiā patiamur pro
pena. Malum precauet exemplū de dente putrido qui extrahi
tur ne alij putreſcant.

Cui debeat fieri cōfeſſio. Cap. xxvij

g Eneraliter teneas ꝙ confeſſio debet fieri ſacerdoti
habenti claues qui ſunt ſcientia diſcernendi et pote
ſtas ligandi atq̨ ſoluendi. Sciendū autē ꝙ ſicut ba
ptiſmus ē ſacramentū neceſſitatis ita et penitentia. Un̄ ſicut
baptiſmus duplicē h̄et miniſtrū. vnum cui ꝯpetit baptiſare ex
officio. ſ. ſacerdotē. aliū cui ꝯmittit̃ diſpēſatio baptiſmi rōe ne
ceſſitatis. Ita et miniſter penitētie duplex ē. vnus eſt cui con-

feſſio fit ex officio ſicut ſacerdos. Alius qui audiendo cōfeſſi
onem vocem ſupplere poteſt ſacerdotis in neceſſitate eſt la
icus. Dicunt tamen aliqui ꝙ cuꝫ deeſt copia ſacerdotis non
oportet confiteri laico. ſed ſufficit ſoli deo. Quis omnes ſacer
dotes claues habeant. non tamē poſſunt omnes ligare et ſol
uere. ſicut excōmunicati. ſuſpenſi. heretici et dānati Hoc autē
non eſt propter defectum ordinis. ſed quia non habent mate
riā. ſ. ſubditos qui auferuntur ab eis cū excōmunicantur poſ
ſunt tamen tales baptizare. quia hoc eſt ſacramentū neceſſita
tis. poſſunt etiā tales eucharistiā conſecrare. qꝛ hoc ſubſtanti
aliter adheret ordini Dicendū etiā ꝙ nullus poteſt abſoluere
confitentē niſi proprius ſacerdos. proprius vero ſacerdos di
citur ſex modis: Primo modo eſt paſtor eccleſie. vt papa.
epiſcopus. et curatus quilibet in ſuis caſibus. Secundo ꝑ
determinationē ſuperioris: vt vicarij. Tertio per priuilegium
quibuſdā indultū Quarto per liſcentiam proprij ſacerdotis
dumtn̄ liſcentietur ei vir diſcretus et honeſtus et vere ſacer
dos. Quinto propter neceſſitatē. quia inſtante mortis arti
culo quilibet ſacerdos poteſt abſoluere. ꝛ peregrini abſoluunt
ab his apud quos ſunt. Sexto propter defectū ſui ſacerdo
tis. qn̄. ſ. eſt idiota vel proditor confeſſionis. vel qn̄ ſolet mu
lieres confitentes procari. tunc enim ſi non inuenit aliqueꝫ q̄
auctoritatē habeat efficitur ei ſacerdos proprius non quilibꝫ
ſed diſcretus et honeſtus. et notus vel ex ordine vel ex perſoā

De ſigillo confeſſionis. Ca. xxviij.

e A que geruntur exterius in ſacramentis ſunt ſigna
rer̄ q̄ intius cōtingunt. et ideo cōfeſſio qua quis ſa
cerdoti ſe ſubijcit ſignū eſt ſuperioritatis qua quis deo ſubij
citur. deus autē peccatū illius qui ſe per penitentiaꝫ ſubijcit te
git. vn̄ oportet de neceſſitate ſacramenti ꝙ ſacerdos celet con
feſſionē ſunt et alie huius celationis vtilitates. qꝛ ꝑ hoc hoies
magis ad confeſſionē attrahuntur. et ſimplicius peccata con
fitentur. ſacerdos autē non debet tantum celare peccatum qd̓
in confeſſione recepit: ſed etiam omnia alia. ſigna per q̄ poſſit
peccator vel peccatū comprehendi. poteſt autē penitens face
re. vt illud qd̓ ſacerdos propter confeſſionē ſibi factaꝫ ſciebat
vt deus ſcit etiā vt homo. et hoc facit dū. liſcentiat eum ad di
cendū. et ſi dicat non frangit ſigillū confeſſionis. Si autē que
ratur vtrum id qd̓ ſit ſacerdos per confeſſionē. et ſic alio mo
do poſſit reuelare. Super hoc diuerſe ſunt opiniones. ſed
hec eſt verior. quia ſiue ſacerdos ſciat illud peccatū ante con
feſſionē ſibi factā ſiue poſt non tenetur celare quātū ad id qd̓
ſit vt homo. Nota ꝙ iſte motus dicendi dico tibi in confeſſio
ne non clauditur tale dictu ſigillo confeſſionis. quia non ſerua
tur ibi modus confeſſionis vel ordo.

De ſatiſfatione Cap̄. xxix

ſ Icut in bellis et controuerſijs reſtituta amicitia non
ſtatim reſtituitur debitū illati dāni. Ita poſt remiſſi
onem culpe in confeſſione ſeu cōtritione remanet de
bitū pene ſatiſfatorie iungit ſacerdos quedā ad ſatiſfationis
fundamētū. ſicut abſtinere a peccato et reſtituere ablatū Que
dā ad ſatiſfationis expeditionē. vt eſt vitare ꝯſortia malorū
quedā iniungit ad ſubſtantiā ſatiſfationis. vt eſt ieiunare. vi
gilare. dare elemoſinā. peregrinari et huiuſmodi opera pena
lia. quedā iniungit ad ſatiſfationis perfectionē et ſecuritatem
vt ſunt opera ſupererogationis. Satiſfatio dēt rn̄dere culpe i
tribus. ſ. in numero. ps. iiij. Lauabo per ſingulas noctes etc.
In pondere. Aug⁹. Libenter debet facere imortalis futurus
q̄cunqꝫ faceret pro differēda morte moriturus. In mēſura. B
Tanto tp̄e debet quis in potētia eſſe quāto fuit in culpa. iſta
tria reqrunt in pn̄ia ſcd̄m ꝯuenientiā nō ſcd̄m neceſſitatē.
De ſingulis partibus ſatiſfationis in cōmuni Ca. xxx

ſ Atiſfacionis quedam ſunt partes principales. ſcili
cet Oratio. ieiunium. et Elemoſina. quedam vero ſe
cundarie que ad has reducuntur. vt vigilie. peregrina

tiõnes diſcipline. Dicendũ ergo ꝙ omnia carnem affligentia
reducuntur ad ieiuniũ .omnia opera vero ſpiritualia ad ora
tionē.omnia autē opera miſericordie ad elemoſinam.ſufficiē
tia partiũ pricipaliũ poteſt accipi reſpectu termini a quo ē mo
tus ſatiſfationis quia per ieiuniũ reuocamur a concupiſcētia
carnis.per orationē a ſuperbia vite per elemoſinā a concupi/
ſcentia oculoꝝ.Alio modo ſumitur iſta ſufficiētia ex parte ter
mini ad quē fit ſatiſfatio:quia per ieiuniũ ordinatur homo in
ſeipſo.per elemoſinā ad proximũ.per orationē ad deũ. Ter/
tio modo ſumitur hec ſufficientia ex parte materie de qua fit
Per elemoſinā enim fit ſatiſfatio de bonis ſubſtantie exterio
ris.Per ieiuniũ de bonis corporis. Per orationē de bõis mē
tis. Quarto modo ſumitur hec ſufficientia ex parte modoruꝫ
ſatiſfaciendi. Fit enim ſatiſfatio tribus modis.vel per punitiõ
nē vel per redemptionē.vel per ſupplicationē. Primũ facimꝰ
ieiunando:ſecundũ elemoſinas dando.tertiũ orando. Quin
tum ſumitur hec ſufficientia ex parte effectus per ſatiſfationeꝫ
ēm tria magna bona nobis proueniunt .ſ.impetratio gratie.
remiſſio pene.et purgatio reliquaꝝ culpe. Ad primũ videtur
valere elemoſina propter multiplicitatem interceſſoꝝ. Ad ſe/
cundum ieiuniũ Ad tertium oratio

De partibus ſingulis ſatiſfationis. Ca.xxxi.

e Lemoſina dupliciter poteſt accipi aut intentione ſu
bleuandi neceſſitatē proximi.et ſic eſt opus miſeri/
cordie.aut intentione recõpenſandi pro debito offē
ſe diuine.et ſic eſt opus iuſticie. Unde primo modo proprie p
tinet ad meritũ vite.Secundo modo ad mentis dimiſſionis
pene.quia elemoſina ſic data proprie eſt ſatiſfatoria.De ieiu/
nio quoqꝫ ſciendũ ē ꝙ in carne duo ſunt vnũ natura que de/
bet ſuſtentari et aliud vitium quod debet domari. Jeiunium
ergo quod naturam ſeruat et vitium domat bonum eſt aliud
vero non. Oratio dupliciter habet fieri.aut pro impetratio
ne bonorum.et ſic eſt pars vel opus contemplationis aut pro
remiſſione malorum.et ſic eſt propria pars ſatiſfationis.

De iuſtificatione impij. Cap.xxxij

i Uſtificatio impij eſt motus ab iniuſticia ad iuſtici
am. Jn iuſtificatione impij quattuor requiruntur
ſcilicet motus liberi arbitrij contritio.infuſio gratie
et remiſſio culpe Horum prima duo ſunt ex parte ſuſcipi/
entis alia vero ex parte agentis.Predicta quattuor ſũt ſimul
tempore non natura:prioritas autem et poſterioritas q̄ ſecū
dum ordinem nature eſt reducitur aliquomodo ad ordinem
cauſe et cauſati. Jnter iſta videtur hic ordo cauſalitatis eſ/
ſe.Cauſaliter enim motus liberi arbitrij prior alij tribus eſt:
quia requiritur conſenſus voluntatis in huius mutatione.
Uoluntas et liberum arbitrium ſumuntur hic pro eodem
Propterea motus iſte appellatur motus liberi arbitrij. Jſte
vero motus qui per liberum arbitrium conſentit deo vt primo
motor vocatur motus fidei.quia habet aliquid cognitionis.
et aliquid affectionis.ſicut fides.Dicamus ergo ꝙ motus li/
beri arbitrij ſiue motus fidei in deum cauſaliter eſt prior ꝙ̄
motus quod de peccato quis conuertitur.quia ſicut in gene
ratione peccatꝰ prior eſt conuerſio ꝙ̄ auerſio : cum conuerſio
cauſet auerſionem.ita in eius deſtructione prior eſt conuerſio
ad deum per liberum arbitrium quam auerſio a creatura per
contritionem de peccato Quod enim primum eſt in compo/
ſitione vltimum eſt in reſolutione Jſti vero duo motus ſci
licet liberi arbitrij et contritionis ſunt priores ꝙ̄ gratia infun
datur:quia ſunt cauſa preparatoria vt gratia detur. Quāuis
di ɔflagrationẽ. Ignis aũt iſte hebit officiũ quattuor ignũ. ſ.
ignis ĩfernalis reprobos puniẽdo. et ignis purgatorij bonos
a venialibus purgando. Et ignis terreſtris vegetabilia et ſen
ſibilia conſumẽdo et omnium hominum corpora incineran
do. et ignis elementalis elementa ſubtiliando. et ad innoua-
tionem diſponẽdo. Per illũ igitur ignẽ ita facies terre exuret
q figura mũdi pibit ſicut olim factu fuit p diluuiũ: et merito
prio dei iudiciũ fuit p aquã ɔtra ardorẽ luxurie q̃ tũc viguit vl
timũ vero p ignẽ erit ɔtra torporẽ charitatis que tunc quaſi ſe
neſcente mundo refrigeſcet. Iſtius ignis actio erit ſucceſſiua.
habebit em̃ ĩitiũ mediũ et finẽ. Primo nãq iudicis aduen-
tũ pueniẽt et quaſi ſimul fiet per illũ purgatio iuſtoꝝ ꝛ punitõ
maloꝝ. ꝛ cineratio corpoꝝ cũ ɔſũptõe terre naſcentiu. ſicut di-
ctũ ẽ. quo facto ſtati erit reſurrectio corpoꝝ cũ aduẽtu iudicis
ad iudiciũ. et tunc inflãmabitur totus mundus per circuitum

Terminato vero iudicio tota caliditas illius ignis exequetur
ſententiam iudicis. Inuoluet enim peccatores et trahet in in
fernum. Et ita patet ꝙ ignis ille aduentum iudicis precedet.
et comitabitur et ſequetur. poſt predicta fiet mundi innouatō
Sed inter purgationem et innouationem multiplex eſt diffe/
rentia. Primo quia purgatio erit qualitatem penalium detra
ctio. ſed innouatio erit pulchrioris forme inductio. Secunda
quia purgatio eſt elementorum ab impuritate quam habent
ex coniunctione ad puritatem mutatio. Innouatio vero eſt a
veteri in ſtatum nouum commutatio. et hoc eſt per ceſſationē
a motu. In celis enim propter impermixtionem nulla impu/
ritas eſt. ſed imperfectio motus. Unde non erit in eis purga/
tio per ignem. ſed a motu ceſſatio Ita autem purgabuntur ele
menta quod precidetur ab igne vis combuſtibilis. ab aere ob
ſcuritas. ab aqua glatialis frigiditas. a terra vero grauitas et
opacitas.

## De reſurrectione generali. Capi. xvij

Eus enim ſicut potentiſſimus eſt in conditione na/
d turarum. ita eſt clementiſſimus in collatione gratia
rum et iuſtiſſimus in retributione ſtipendiorū. Om
nis igitur homo quecunqꝫ in anima ſimul et in corpore meru
it vel demeruit punietur vel premiabitur in vtroqꝫ. Unde i eiſ
dem ipſum oportet reſurgere Ad vocem autem tube reſurgēt
mortui ſicut dicit Apoſtolus. Duplex autem intelligitur illa
vox. ſm aūt quoſdā vox tube. eſt ipsū xpi reſurgere ipātis ſm
alios vox tube eſt manifeſta chriſti apparitio. Unde Grego.
Tubam ſonare nihil aliud eſt ꝙ mundo deſilium monſtra
re. reſurgent enim omnes nulla in eis exiſtente differētia quā
tum ad ordinem temporis. ſed magna quantum ad ordinem
dignitatis. Nam mali reſurgunt deformes et paſſibiles. In
bonis natura ſaluabitur et vitia retrahentur. omnes vero tam
mali ꝙ boni reſurgent integri corpore debita ſtatura ſecūdū
etatem plenitudinis chriſti. Reſurrectio igitur tria corrigit in
natura. ſ. defectum ſicut in pueris et mutilatis ſiue in diminu/
ta natura membrorꝫ ſuperfluū vnguiū crinium et huiuſmodi.

errorem ſicut ī mēſtruoſitate membrorꝫ Reſurgent quoqꝫ cor
pora eadem natura que prius erant et eodem numero ex eo/
dem puluere in quem reducta fuerant. ita ꝙ in quaſcunqꝫ ho
ras vel ſinus puluis ille diſperſus fuerit ad eandem animam
redeat que ipſum prius vt viueret et creſceret animauit. Nec
ſolū ſurgent corpora quantum ad membra principalia. ſ etiā
saluis capillis et ceteris membris que faciunt ad decorē reſur
gent etiam homines quantū ad eſſe et quantū ad integrū eſſe
et reſurget vnum quodqꝫ corpus in optimo ſuo eſſe. Et quia
duplex eſt mors. ſ. aīe per culpam et corporis per penā. Du/
plex eſt reſurrectio. ſ. anime per gratiā. In reſurrectione cōcur
runt quattuor cauſe. ſ. efficiens. i. ipſe deus. materialis. ſ. pul/
ueres. formalis. ſ. coniunctio corporis et anime. finalis. ſ. vt
recipiat vnuſquiſqꝫ prout geſſit ſiue bonū ſiue malū. reſurgēt
tunc homines velociter integraliter ſocialiter eternaliter. Et
erit iſta reſurrectio iuxta quantum ad deū perfecta quantū ad
reſurgentes. miraculoſa quantū ad ipſam reſurrectionem

## De iuditio extremo. Capi. xvij

Oſt reſurrectionem ſtatim erit iudiciū. Ipſum ve/
p ro iuditium precedet trina citatio. Prima fuit p pro
phetas. vnde illud vocaui et renuiſtis. Secunda p
apoſtolos et predicatores. Luc. Miſit ſeruos ſuos hora ce/
ne etc. Tertia erit per vltimam vocem tube. et hec citatio erit
preceptoria ſecundum Ricardū. Triplex eſt iudicium Primū
eſt vniforme hoc eſt iudiciū preſentis eccleſie que non iudicat
niſi de ſola qualitate retributionis in genere. ſ. quia bona bo
nis malis mala reddantur. ſed numerum et quantitatē retri/
butionis neſcit. ſecundū dicitur multiforme. ſ. quod quilibet
experitur in morte accipiendo ſententiam de omnibus bonis
et malis que geſſit. ſed non omnia bona vel mala ſtatim reci:
pit. quia recipit ī aīa tantū et non in corpore. Tertiū dicit̄ vni
forme. ſ. vltimū iudiciū quando recipit vnuſquiſqꝫ ſecundum
numerꝫ et quantitatē ſiue bona ſiue mala in corpore et in aīa
vltimū iudiciū ē horribile ex omni parte. qꝛ ſupra eſt iudex au
ſterus ſubtus patēs īfernus. intus ꝯſcia remordēs. extra mūdꝰ

ardens a dextris peccata accuſantia. a ſiniſtris demonia ter/
rentia contra illos boni angeli in infernū propellentes et om
nes ſancti iudicis ſententiam approbantes et omnes mali cū
bonis peccata dānatorū cognoſcentes. De qualitate iudicij
nota ꝙ erit horribile. Lu. Uirtutes celorū mouebuntur. In/
tollerabile. Job. Quis mihi tribuat vt de iferno protegat me
etc. Ineuitabile. Apl's. Omnes nos oportet ma. ante tribu.
xp̄i. Inopinabile. quia dies domini ſicut fur. ita in no. ve. In
exorabile. Prouer Obturat aures ſuas etc. Erubeſcibile. apo
ſto. Quem fruc. ha. tunc in illis in quibus nunc ero. Predicta
vero erubeſcentia erit in duobus. Primo in veniendo ad iudi
tium. quia mali cum habeant corpora ponderoſa, oportet eos
illuc portari ab angelis, ſicut Abacuc portatus fuit ad lacū leo/
nū in babilonem. Secundo ſtando corā iudice. quia peccata
eorū omnibus hominibus erunt manifeſta. Unde illud Re/
uelabo pudenda tua in facie etc. Locus iudicij erit i valle Jo
ſophat. ⁊ hoc multiplici ratione Primo quia locū iudicij opor
tet eſſe cōmunem: et ille huiuſmodi eſt. cum quaſi ſit medius
noſtre habitationis locus. Secundo quia debet eſſe publicus
ſed locus predictus eſt famoſiſſimus propter opera noſtre re/
demptionis que ibidem geſta ſunt. Tertio ꝯpetit locus ille ra
tione negocij. quia tractandū eſt ibi opus miſericordie et iuſti
cie. Mons autē oliueti qui eſt apud illam vallem deſignat mi
ſericordam Joſophat quod interpretatur iudicium deſignat
iuſticiam.

De iudicantibus. Cap. xviij.

Non ſolum ſecundum poteſtatem diuinā: ſed in for/
ma humana chriſtus iudicabit. quia in iuriſditio/
ne ordinaria iudicabit vt deus cum tota trinitate
ſed in iuriſditione delegata iudicabit vt homo
Unde nota ꝙ quinqꝫ ſunt modi iudicandi. Primus modus
eſt prime auctoritatis quo iudicabit tota trinitas. ſecūdus mo
dus eſt ſub auctoritatis quo iudicabit xp̄s vt hō. Tertius eſt
acceſſorie dignitatis quo iudicabunt apoſtoli et viri perfecti q̄
cum iudice eminentius reſidebunt tanꝙ melius ſcientes le/
ges et conſuetudines regni dei quibus ſtipendis et ſciendis
opera dederunt. Quartus eſt approbationis quo iudicabunt
omnes ſancti et etiā angeli. Quintus modus iudicandi eſt cul
pam iudicādorū manifeſtare. ſic etiā mali iudicabunt. Judi/
cando chriſtus habebit duos actus oppoſitos. vnum paſſiue
et alium actiue. Primus vero eſt infirmitas et alius poteſtas
In primo autem aduentu xp̄s venit ad iudiciū paſſiue. In ſe
cundo veniet ad iudiciū actiue. In primo venit in forma infir
ma. In ſecundo apparebit in forma glorioſa hinc eſt ꝙ xp̄m
videbunt iuſti in iudicio tam in natura diuinitatis ꝙ humani
tatis. A malis autē nullo modo videri poterit in forma diui/
nitatis. et hoc duplici ratione. Primo propter defectū diſpoſi
tionis in ipſo vidente. quia natura ſine gratia non ſufficit ad
dei viſionem. Secundo propter demeritum delectatōnis que
eſt in diuinitatis viſione. quia videre dominū ſecundum Jo.
Uita eterna eſt que non poteſt cōmunicari reprobis. Ex pre/
dictis patet ꝙ chriſtus apparebit blandus iuſtis et terribilis
iniuſtis ſicut dicit Grego. Quod figuratū eſt in colūna nubis
in die et ignis in nocte videbunt mali humanitatē xp̄i vt ti/
meant et non diuinitatem vt gaudeant. Boni autē vtramqꝫ
chriſti naturam videbunt. Stigmata quoqꝫ chriſtus monſtra
bit. et inſignia paſſionis eius. ſ. crucē clauos etc. Sedebit aūt
chriſtus in eminētiori loco cū ſanctis. mali vero ſubtus i terra
quā dilexeruut. tūc chriſtus iudiciū exercebit. tum q2 vere ſcit
merita ſingulorum in quo ſūt omēs theſauri ſapientie et ſciē/
tie dei abſconditi. tum quia non eſt reus ſuper aliquo illorum
de quibus iudicabit. Non enim facit peccatum nec inuentus
eſt dolus i ore ei9. Et hec duo precipue decēt iudicem.

De iudicandis. Cap. xix.

o Rdines quattuor in iudicio erunt. Quidam enim
iudicabuntur et damnabuntur: vt quorum me/
rita damnabilia permixta ſunt aliquibus bonis
ſicut illorum qui habuerūt fidem ſine operibus quidam iu/
dicabuntur et ſaluabuntur: vt quorum ſua merita omnino

impermixta ſunt bonis: vt qui caruerunt fundamento fidei.

Quidam vero non iudicabuntur: ſed iudicabunt et ſaluabuntur vt quorum merita bona impermixta ſunt malis. ſicut perfectorꝝ pauperꝝ chriſti. de quibus Math. xix. Uos qui reliquiſtis omnia et ſecuti eſtis me etc. De predictis quattuor ordinibus nota ꝙ omnes iudicabuntur iudicio retributōis ſed non iudicio damnationis. Infideles enim quia non fuerūt ciues ciuitatis dei tanq̄ hoſtes ſine vlla meritorꝝ diſcuſſione et audientia punientur. Juſti vero non iudicabunt vt eorꝝ merita de nouo diſcutiantur an bona vel mala ſint. ſed vt bonorū preeminentia omnibus manifeſtetur: et vt contra malos appareat iuſta ſententia dānationis. Due ſententie ferentur in iudicio. vna pro bonis. alia contra malos. ſentētia pro bonis continet ſeptem clauſulas. Prima eſt a malis vocatio. ibi Uenite. Secunda eſt benedictio ibi. Benedicti. Tertia eſt paterna dilectio. ibi. Patris mei. Quarta eſt remunerationis retributio. ibi. Percipite Quinta eſt regni aſſignatio. ibi Regnū Sexta eſt glorie preparatio. ibi Quod vobis paratum ē Septima eſt eterna predeſtinatio. ibi ab origine mundi Item ſententia contra malos continet in ipſa ſex clauſulas. Prima a deo ſeparationem cum dicitur ite. Secunda dei maledictionem. ibi maledicti. Tertia incarcerationem. per hanc prepoſitionē inſignatam. Quarta pene acerbitatem ibi ignem. Quinta liberationis deſperationem ibi. eternum. Sexta demonū aſſotiationē. ibi: qui paratus eſt dyabolo. et angelis eius.

## De innouatione mundi. Cap. xx

Terminato iuditio ſtatim erit innouatio mundi q̄ nō complebitur ꝙdiu peccator eſt in mundo. i. quouſq; detrudatur ī infernū. ſicut enim ille maximus ignis elemēta purgabit cū habeat virtutē expulſiuā forme extranee ſic mundū innouabit cū habeat virtutē ſubtiliatiuā. Mundū autē innouari. id eſt pulchriorē formā accipere debere oſtenditur multiplici ratione. primo. quia ſicut dignū fuit ꝙ elemēta purgarentur pro eo ꝙ infecta erant propter peccatū hominis. ita dignum eſt vt mundus innouetur propter glorificationem hominis. Secundo vt creature remunerentur pro labore quo homini ſeruierunt. Tertio vt totus mundus prout eſt poſſibile conformetur homini glorificato. Quarto quia mundus factus eſt vt homo per ſpeculū creature nunc deū cognoſcat quem in ſua natura videre non potuit. Unde in futurum oportet ſpeculum meliorari et purgari vt in plenitudine creaturarum amplius refulgeat ſpecies creatoris. hoc autem non erit ad neceſſitatem quin deus aliter videri nō poſſit ſicut modo. ſed ad iocunditatē. vt ſcilicet delectationi viſionis intellectualis addatur delectatio viſionis ſenſualis. Orbes celeſtes et ſydera propter impermixtionem nullam habent impuritatem ſicut et elementa. ſed tantūmodo motus imperfectionē. et ideo innouabuntur ſed non purgabuntur: Innouatio vero in illis duo requirit. ſ. motus ceſſationē et celeritatem: ſplēdoris ampliorem quando ſtabit ſol in oriente et luna in occidente vbi creati ſunt. huius dicti hec eſt ratio. quia corpora ſuperiora facta ſunt ad vſum hominis dupliciter. Uno modo propter neceſſitatem corporis. ſ. ſtatum generationis et corruptionis. et ideo ceſſante illo ceſſabit motus. Aliomodo propter delectationem in pulchritudine creature. et propter cognitionem in illis. ideo lux illorum non ceſſabit. ſed augebitur. Circa elementa nota ꝙ terra erit ſicut criſtalus et complanabitur Aer erit clarior nec habebit impreſſiones quas modo habet quia non erunt nubes neq; venti neq; pluuia neq; ros neq; nix neq; tonitrua neq; fulgura. Ignis etiam et aqua fient puriores. et manebunt non ſolum ſecundum ſubſtantiam. ſed ſecundum ſuas qualitates quas habebunt quantum ad habitum ſed non quantum ad vſum. quia in his duobus elementis cum magis vigeant qualitates actiue. ſ. frigiditas in aqua et caliditas in igne magis ſunt generationis et corruptionis principium. et talis effectus illorum non erit amplius et propter hoc dicuntur interire. vel ſecūdum aliquos dicuntur hec duo elementa interire. quia dominus tunc intercidet in illis. teſte Baſilio ſuper. ps. Uox domini intercidentis flammam

ignis. ita ꝙ calidum vſtiuum et frigidum glaciale tendent īferius. Perſpicuum autem in aqua et lux in igne manebūt. quia de omnibus elementis ignobile tendet deorſum. ſicut groſſū terrenum et opacum ac tenebroſum et huiuſmodi. Patet ergo ꝙ celum et terra tranſibunt ꝙtum ad formā ſed non quantū ad ſubſtantiā. patet ex predictis terminari tranſmutatōnes elementorum et generationes animalium et plantarum: q̄r cauſe iſtorum ceſſabunt. et propter iſta dicuntur elementa interire non quantū ad ſubſtantiā. ſed quantum ad actionē et paſſionem. et corpora celeſtia habita quiete et lumine clariori dicuntur renouari. Ueruntamen illa que ſicut dictum eſt ſaluabuntur in homine. quia ſimilitudinem habet cum omni genere creature propter etiam hominis innouationem et glorificationem poſſunt dici omnia renouari.

## De penis inferni: Capi. xxi

Sicut patet diuina potentia in creando. diuina ſapiētia in gubernando. diuina clementia in remunerando ſic patebit diuina iuſticia in puniendo. Dignū eſt enim vt non remaneat dedecus culpe ſine decore iuſticie. Licet autem peccatum ſit tranſitorium: tamen erit pena perpetua multiplici ratione. Prima quia peccauit in ſuo eterno. ideo punietur in eterno dei. Secunda quia materia ignis infernalis eſt eterna: ſic et peccati macula ideo pena. Tertia quia peccatum eſt contra illum qui ē infinitus. vñ et pena debet eſſe īfinita non quilē acerbitate ſed duratione. Quarta quia homo peccatū perimit in ſe bonū quod poſſet eſſe eternū et ideo merito incurrit malū. Quinta quia mala voluntas reproborum eterna eſt. Uellent enim in peccato ſi poſſent perpetuo delectari. et ideo perpetuo debent puniri. Sexta quia in infinitum erat ratio cū in iudicio preponit finitū infinito. ſimiliter cōcupiſcibilis in appetendo et iraſcibilis in adherendo. Vñ ⁊ merito pena erit infinita. Septima quia damnatus de peccato ꝑpetrato nunꝙ̄ hēbit verā penitentiā. ideo deus nunꝙ̄ mutabit punitionis illius ſententiā. Octaua ē quia peccatū a vita perpetua ſeparat. ſ. a deo. ideo mortē perpetuam peccator incurrit. Poſt rationes inducantur exempla de eadē materia. Uidemus enim ꝙ emptio momentanea dat ius poſſidēdi ꝑpetuū. Itē vulneratio momētanea dat mortē perpetuā. Itē caſus in foueam temporalis quādoq; eſt detentio perpetua Item crimen leſe maieſtatis temporale ſeruitus eſt perpetua Item plaga temporalis eſt liuor perpetuus. Quoniā in peccato ē delectatio cū contētu dei merito precipitatur peccator ī locum infinitū et deſpectū et maxime a ſtatu glorie dei elōgatū. ſ. in infernū. vt a deſpectis rebus puniatur. ſ. a fecibus corporꝝ mundanorꝝ. quia in innouatione mundi quicquid ē ignobile in mūdo ad locū penarum defluet et ibi homo horem carceris multiplicabit.

## De diuerſitate penarum. Cap. xxij.

Cum in dānatis ſit diuerſitas peccatorꝝ erit et diuerſitas penarū. Unde cum in peccato ſit auerſio a creatore et conuerſio ad bonū ꝯmutabile. et deordinatio voluntatis contra dictā rationis merito pena variabitur propter iſta. Unde propter auerſionem erit carentia viſionis diuine. ſed propter conuerſionem erit pena materialis incendij propter deordinationem voluntatis erit pena vniuerſalis que conſiſtit in afflictione varia acerba et eterna. Ignis infernalis non omnes equaliter cruciabit. ſed ab eodem igne alij pl' alij minus torquebuntur. ſecundum ꝙ plus et minus peccauerūt Sic ab eodem igne aliter vritur palea et aliter lignū. Quāuis autē ignis ille ſit corporeus nec poſſit agere in ſpiritū ipſum calefaciendo agit tamen in ipſum inſtrumentum diuine iuſticie: ipm ledēdo. et ille dolor ē maxim'. tū ꝓpter potentiā diuine manus ipm in ignē mouētis. tū propter ſenſibilitatē patiētis: tū propter imediationē cōiunctōis Infernus ē locus tenebroſus cū ſit locus iuſticie lumem autē cū ſit delectabile tñ ingerit iru

ſticiam per accidens quandoqꝫ.ſ.inquantum oſtendit aliquid
triſte. Unde in inferno eſt aliquid obſcuri luminis quo dāna
ti videre poſſint vnde doleant et non vnde letentur. Repro/
bi vident vſqꝫ ad diem iudicij gloriam beatorum in vniuerſa
li non in particulari. quia vident eos in magna gloria. ſed nō
clare in quali. De huiuſmodi viſione autem non letantur ſꝫ tri/
ſtantur. tum propter inuidiā aliene felicitatis: tum propter ca
rentiam proprie beatitudinis. Poſt iuſtum et vltimū iudiciuꝫ
hoc eis ſubtrahetur in pena eorū cum videbūt etiā hoc aſpe/
ctu indignos ſe reputari: in dānatis erit fletus ſpiritualis. ſcꝫ
dolor interior. et non fletus corporalis qui eſt cum reſolutiōe
lacrimarū. quia ceſſante motu celi nulla iam erit generatio
vel corruptio tamen erunt ibi illa que non ſunt incorporaliter
inſpicienda.ſ. comprehenſio cerebri et formatio faciei. et hu/
iuſmodi. Vermis quem dn̄s in Eſa. cōminatur nequaꝙ̄ ma
terialis eſt. quia nullū animal preter hominē remanebit. Erit
autē ibi vermis conſcientie rodens animā et non corpus. In
ſummo loco ſola eſt leticia. In loco infimo ſola eſt triſticia
In medio hoc eſt in mundo hec ſunt modo permixta. Poſt
diem iudicij tria loca tantūmō erunt habitata.ſ. celum. infer/
nus. et limbus. Quot ſunt loca penarum. Rn̄. in li. iij. de de/
ſcenſu chriſti ad inferos Octo genera penaꝝ in lege ſcripſit
Tullius.ſ. damnū vincula verba taliōnē ignominiā exilium
mortē ſeruitutem. Hec omnia poſſunt penis infernalibus ad
aptari primū patet quia damnati amiſerunt deum et oia bōa
tam grē quā glie. non ſolū in re: ſed etiā in ſpe. Eſa. Non re/
manebit teſta vt hauriatur parū aque de fouea.ſ. diuine mie
aut deportetur igniculus de incendio.ſ. charitatis. qꝛ ſecūdū
Iere. finita eſt eſtas ꝯſumata eſt meſſis. De ſecundo ligatis
manibus etc. De tercio. Prouer. Mallei percutientes impio
rū corporibus. De quarto. Apocal. xviij. Quantum glorifica
uit ſe et in delicijs fuit tantū date ei tormentū et luctum. De
quinto. Eſa. Oēs facies ꝯbuſte erūt imo tam ignominioſuꝫ
erit corpus peccatoris ꝙ anima reſumēs ipm ſtupebit qn̄ tā
terribile id videbit. et vellet habere tale ſicut fuit quādo ꝯme/

ſtum erat a vermibus De ſexto. Math Proijcite eum in tene.
exte. De ſeptimo. B. Ibi mors ſemper viuit. et hec ſicut dici
tur in apoca. Erit mors ſecunda. De octauo. Tren̄. Prouin/
tiarum princeps facta eſt ſub tributo. Nota ꝙ damnati ſub
tributo penarum ſemper ſeruient. et tamen nunꝙ̄ perſoluet.
Ex predictis collige ꝙ erit calor ignis ſtridor. tenebre fumꝰ
lachrime interiores aſpectus demonū clamor improperijs. ari
ditas ſitis. fetor ſulphuris. vermis conſcientie. vincula carcer
timor. dolor. pudor. inuidia. rancor. carentia viſionis diuine.
ablatio ſpei omnis ſalutis. Ipſum etiam eſſe quod omis cre
atura appetit erit eis pena. quia querent omnes mortē et non
inuenient. Ibi erit ſicut ait Dyoniſius. Proterua fantaſia de/
mones concupiſcentia et furor iraſcibilis.

De gloria ſanctorum. Ca. xxiij

v

Numquodqꝫ tanto perfectus eſt ꝙ̄to magis cōiun
gitur eſſendi principio. Homo autem qui perfectū
eſſe expectat duplicem habet finem vltimū. Unuꝫ
extrinſecum que eſt beatitudo creata que nos in patria beati
ficabit formalit. Aliū hēt finē itrinſecū q̄ ē btitudo icreata q̄
nos beatificabit effectiue.ſ. deum. Prima ſcilicet beatitudo
creata eſt tanquam finis in quo ſeparatur. Secunda vero ſci/
licet increata tanꝙ̄ finis in quo quieſcitur. Alio modo iudica
bant philoſophi de beatitudine. ſed male. Dicebant enim ſtoi
ci beatitudinem in virtute animi cōſiſtere per hipatetici aut in
cognitionem veritatis. Epicurij vero in voluptate. nos autē
dicimus eſſe beatitudinem ſicut dictum eſt Deus enim remu
nerat ſuos ſecundū merita. Apoſtolus. Unuſquiſqꝫ propriā
mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem et propter me/
rita. Io. i. gratia pro gratia. Math. Ite et vos in vi. meā. etc.
Et ſupra merita. vn̄ illud menſuram bonā et cō. etc.

De dotibus in communi. Cap. xxiiij

d

Os i patria eſt id quod immediate aīam deo ꝯiūgit
vt eſt viſio. directio. et comprehenſio. Sunt enim
dona quedam patrie ſicut eſt ſapientia et intellectus

que licet deo animam coniungant non tamen ſine habitu me
dio et propter hoc non dicuntur dotes. ſed anime premiatio/
nes. Dotes enim non appellātur dona quelibet que dant aie
in traductione ſui in gloriā ſed dona precipua per que ad actū
vite glorioſe diſponitur. ſicut et in preſenti non appellatur pro
prie dos quodcunqȝ donū datū ſponſe in ſua traductione. ſȝ
donū precipuū de quo ſuſtentari debeat. Dotes ſunt dupli/
ces. Quedam enim ex parte anime: quibus deo tanquā prin/
cipio vite ſue ſine habitu medio coniungitur. Et per quas tra
ducitur in amplexus ſponſi in diſſolubiles et fruitionē. Que/
dā vero dotes ſūt ex parte corporis q̄bus ipſum corpꝰ ſubijcit
aīe tanq̄ principio vite ne per ipſum anima ab actu glorie re/
tardetur. Notandum etiam q̄ dotes anime ſunt de premio
ſubſtantiali. Dotes autem corporis de premio accidētali chri
ſtus dotes non habet. quia ſponſus eſt. dos autem poſſeſſio
ſponſe eſt que vſum eiuſdem habebit poſt mortem viri. Si/
militer nec angeli dicuntur habere dotes. quia cum in nuptijs
ſit conſenſus animorum et vnio naturarum. ſecundū non eſt
in angelis licet principium habeant. Unde angeli nō poſſunt
dici ſponſe vt homo. ergo nec dotes proprie habebunt. Spō
ſis carnaliter dantur tria. ſ. dos. donatio. propter nuptias et
parafrenalia. dos autem eſt donatio facta ſponſe ex parte pa
tris. et hoc ad vſum ſponſi propter onera matrimonij. ſed ad
poſſeſſionem ſponſe. In diuinis autem deus pater dat ſpon/
ſe dotem ad poſſidendū ſponſum xp̄m ad gloriam et honorē
et non ad vſum. quia bonoꝝ noſtroꝝ non eget. donatio autē
propter nuptias que eſt a ſponſo datur ſponſe. et hoc erit i fu
turo gaudium quod habebit aīa in viſione xp̄i hominis. Pa
rafrenalia eſt quod habet ſponſa preter dotem. ſicut ſunt mu/
nera que dantur ſibi ab amicis et huiuſmodi. Iſtud erit in pa
tria per gaudium quod habebit anima de ſocietate beatoruȝ
et de congratulatione felicitatis eorū.

De dotibus anime in generali. Cap. xxv

Otes anime ſunt tres. ſ. cognitio. dilectio. et inheſio
d ſiue tentio que a quibuſdam appellatur compreh en
ſio. a quibuſdam fruitio. Horꝝ dotiuȝ numerus multipliciter
accipitur. Primo ex parte virtutū theologicaꝝ. quia cognitio
ſuccedit fidei dilectio charitati. ꝯprehenſio autē ſpei. Accipit̄
alio modo ex parte potentiarum anime. Cognitio autem po
teſt appropriari intelligentie. dilectio voluntati. compreben.
ſio memorie. Appropriātur etiam a quibuſdam alijs tribus
potentijs. ſ. rationali. concupiſcibili. et iraſcibili. poſſunt etiaȝ
predicte dotes accipi ſecundū tria que tribus perſonis appro
priantur. ita vt comprehenſio reſpiciat patris potentiam. Co
gnitio filij ſapientiam et dilectio bonitatem ſpiritusſācti. Cir
ca iſtas dotes nota q̄ cognitio rei viſe in ſe ponit preſentiam
ꝯprehenſio ponit rei contingentiam. dilectio ponit amantis
ad rem amatam colligentiam.

De dotibus anime in ſpeciali. Cap. xxvi.

Pima dos anime eſt cognitio qua diuina eſſentia
p videbitur tota ab omnibus ſed non totaliter prout
eſt infinita. Uidebitur tamen diuina eſſentia limpi/
dius ab vno q̄ ab alio. Et ille defectus erit etiam ex parte vi
dentis. non viſi. quia idem erit viſum. Beatitudo nāqȝ con/
ſiſtit in perfecta operatione potentie altiſſime. i. intelligentie
et circa obiectum altiſſimum ſcilicet deum. Ex parte igitur ob
iecti cum ſit vnum ſimpliciſſimū nulla poteſt eſſe diuerſitas.
ſed ex parte potentie. Nam inquantū vna potentia magis eſt
perfecta lumine glorie q̄ altera: tanto perfectius operabitur
circa vnū et idē ſubiectū ſiue obiectū. ſicut idē ſol diuerſimode
a diuerſis aſpicitur vel eadem littera a diuerſis legentibus.
Secumdum q̄ oculus eſt magis vel minus diſpoſitus. Tri/
bus modis cognoſcitur aliquid quod eſt vel ſicut eſt. vel quid
eſt. Primo modo cognoſcitur deus in via etiam a ma/
lis. Secundo modo videtur in patria bonis. Johannis. i
Similes ei erimus quoniam videbimus eum ſicuti eſt. id eſt
ſuam maieſtatem. claritatem et bonitatem. Tertio modo nec
a malis nec in via nec in patria. quia finitum nunquam vide/

bit infinitum. Videbimus tamen deum in ſe. et deum in nobis et nos in deo. Cognoſcere autem deum in ſua eſſentia eſt viſio meridiana. Cognoſcere vero creaturā in verbo eſt viſio matutina. ſed cognoſcere creaturam in ſe hoc eſt in proprio genere appellatur viſio veſpertina. Videbit vnuſquiſqꝫ cogitationes alterius prout vult ipſe cogitans manifeſtare. vnde. Ḃ Vnuſcuiuſqꝫ mentem ab alterius oculis corpulentia nō abſcondet. Videbunt itaqꝫ iuſti deum vt gaudeant. Videbunt gloriam ſanctorum vt congaudeant. Videbūt quoqꝫ penas reproborum. vt de euaſione periculorum gratias agant. Ad ſciendum qualiter deus ſine medio videat̄ Nota ꝙ triplex ē medium. ſcilicet ferens obnubilans et diſponens. Sine medio igitur differentie videbitur deus. quia dei viſio non eſt ꝑ diſtantiā ſꝫ ꝑ pn̄tiā cū ipſe ſit eſſentialiter vbiqꝫ videbitur ſine medio obnubilante. quia toletur ſpeculum et enigma que ambo ſūt in via. Cum enim viſus noſter in preſenti non poſſit propter debilitatem in tam excellentem lucem figi. neceſſe eſt habere medium. ſcilicet ſpeculum creature. Quia vero infinita eſt diſtantia inter ſpeculum et rem viſam. propter hoc obſcure relucet ſibi ſimilitudo. vnde videmus in enigmate id eſt obſcure. Videbitur quoqꝫ ſine medio ſimilitudinali. quia deus cognoſcetur in ſeipſo. et non per aliquam abſtractam ſimilitudinem alias creatura eſſet terminus et deus a bonis videbitur nec ñ eſſet vere finis omnium. Non autem videbitur deus ſine medio diſponente quod eſt gratia et gloria. Oportet enim proportionem eſſe in videntem et viſum. hec autem diſpoſitio eſt ex parte videntis et non rei viſe Sciendum ꝙ multiplex eſt medium. Primum eſt peccati. Eſa. Peccata veſtra diuiſerunt inter vos et deum veſtrum. Iſtud eſt medium impiorum Secundum eſt medium creature. Apoca. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt cognoſci poſſunt hoc eſt medium philoſophorum. Tertium eſt figure. Apocalip. Omnia in figura contingebant illis. hoc eſt medium prophetarum ⁊ patriarcharum. Quartum eſt medium ſcripture. ps. Declaratio ſermonum tuorum illu. et intelli. de. per hoc eſt medium theologorum. Quintum eſt mediū fidei. Apocal̄. Eſto fidelis vſqꝫ ad mor. etc. hoc ē mediū fidei quo tanꝙ in enigmate vident deum. Secunda dos anime eſt dilectio. ſed inter dilectionem et virtutem differentia eſt duplex. Vna eſt ſecunduꝫ habitum. quia virtus eſt proprie id quod tranſit de ſtatu gratie ad ſtatum glorie. Dos autem eſt id quod ſupra meritū dat̄ ī traductōe ſpōſe. Alia ē differētia penes obiectū q̄ꝛ licꝫ obiectū vtrobiqꝫ ſit deus. non tamen ſecūdum quod deus: ſed erit obiectum virtutis inquantum eſt ſumma bonitas. Obiectuꝫ autem dotis eſt inquantum eſt ipſa anima vnibilis in vnū ſpiritum. Nota ꝙ fides et ſpes ſecundū rem euacuabuntur ī patria. Charitas nec ſecundū rem nec ſecundum actum euacuabitur. ſed ſolum ſecundum modum: quia imperfectio eiꝰ tolletur. Dicit autem Auguſtinus ꝙ fidei ſuccedit ſpes quam videbimus. Spei vero ſuccedit beatitudo ad quem peruentum ſumu. ſed charitati nihil ſuccedet: quia potius augebitur. Tertia dos anime eſt comprehenſio que eſt tentio viſi et amati. vel tentio veri et boni primi. et iſtud verum eſt prout comprehendere ſumitur pro attingere et non pro circumpleti diuinā immenſitatem.

De dotibus corporis in generali. Ca. xxviij

Vnaqueqꝫ pars perfectius ſe habet in ſuo toto ꝙ̄ in ſe. Vnde nunc ſicut anima a corpore corruptibili ſeparata perfectius habet eſſe quam ei cōiuncta. ſic in futuro reconiuncta corpori incorruptibili perfectius habebit eſſe ꝙ̄ modo: maxime cum non impediatur. tunc a corpore ſicut modo q̇n potius de glorificatione corporis habebit. tunc gaudium. Dotes corporis ſunt quattuor quarum numerus ſic habetur. Nam ad hoc ꝙ corpus ſit perfecte ſubiectum anime nec impediat eam in operibus glorie. quattuor requirunt̄ quorum duo pertinent ad ſenſum requiritur ꝙ ſit receptibile faciliter ſpecierū ſenſibilium ad quod diſponit claritas. Alterum vt non ſit receptibile paſſionum ignobilium. ad quod diſponit impaſſibilitas quo ad motum etiam duo requirunt̄ Vnū

eſt vt per contrariam inclinationem nõ reſiſtat ſuo motori ad
quod diſponit agilitas Aliud vt corpora per que mouẽtur nõ
reſiſtant ei ad quod diſponit ſubtilitas. Alia differentia talis ẽ
quia in homine eſt quadruplex compoſitio. Prima eſt quali
tatum contrariarum. hec compoſitio tunc erit perfecta quãdo
qualitates ita equabuntur: vt nulla ſit pugna vnius contra ali
am. et hec facit impaſſibilitas. Secunda compoſitio eſt mate
rie cum forma. hec autem compoſitio tunc erit perfecta quan
do materia vincetur a forma. Penes hanc perfectionem ſu-
mitur ſubtilitas. Tertio compoſitio eſt corporis organizati cũ
anima perfectio iſtius compoſitionis eſt ꝙ omnia organa ſi-
ne impedimento ſint mobilia ab anima. penes hanc perfectiõ
nem ſumitur agilitas. Quarta compoſitio eſt corporis cũ ſpi-
ritibus lucidis. quibus mouetur corpus ab anima: et huic p-
fectio ſecundum perfectum ſtatum reſpondet claritas. Tertio
ſumitur predictarum dotium numerus ſecundum proprieta
tes que ſunt in elementis. Nam penes aque tranſparentiam ſu
mitur claritas. penes terre ſoliditatem ſumitur impaſſibilitas
penes tenuitatem ignis ſumitur ſubtilitas penes mobilitatem
aeris ſumitur agilitas. Quarto ſumuntur iſte dotes ſecundũ
quattuor defectus quos habet corpus humanum a quattuor
elementis de quibus componitur. Habet enim corpus huma
num ab igne caliditatem et inde nigredinem. a terra groſſitiẽ
ab aere paſſibilitatem. ab aqua frigiditatem et inde tarditatẽ
Sed iſti tolluntur per quattuor dotes corporis quas chri-
ſtus aſſumpſit ante paſſionem ſuam. ſicut Hugo de ſancto vi
ctore dicit. Claritatem in transfiguratione. Agilitatem quãdo
ſupra mare ambulauit. Subtilitatem in natiuitate. quia ſalua
virginali integritate matris natus fuit. Impaſſibilitatẽ quan
do in cena corpus ſuum manducandum diſcipulis dedit: qđ
intelligendum eſt ſecundum actum non ſecundum habitum
quia aliter derogaretur diuinis miraculis.

## De dotibus corporis in ſpeciali Ca. xxviij

p

Rima dos corporis eſt claritas. Sed nota ꝙ dici-
tur aliquid clarum dupliciter. aut quia paruũ. et ſic
dicitur vitrum clarum. aut quia lucidum. et ſic dici-
tur ſtella clara. Corpus autem glorificatum: et erit paruũ et lu
cidum. vnde vtroqꝫ modo erunt corpora clara. Duo enĩ ſunt
que nunc cauſant obſcuritatem in humano corpore. Unum ẽ
materie impuritas. Alterum luminis paucitas. tunc vero tol-
letur vtraqꝫ. ſcilicet illa impura denſitas et obſcuritas que ex
modicitate luminis eſt. et ideo erunt corpora clariſſima. No-
ta ꝙ corpora glorificata ſpecies erunt tunc clariora ꝙ̃ ſol ſicut
modo. Sicut dominus ait: quia iuſti fulgebunt ſicut ſol. Eſa.
Erit lux lune ſicut lux ſolis. et lux ſolis ſeptempliciter ſicut lux
ſeptem dierum. Sciendum quoqꝫ ꝙ corpora ſanctorũ nõ
equaliter erunt clara: quia melior anima habebit corpus luci-
dius. Unde licet corpus chriſti ſupra modum excedat clarita-
tem aliorum. tamen in comparatione ſanctorum poteſt clari-
tas eius aſſimilari claritati ſolis ſecundum id vobis timenti-
bus nomen meum orietur ſol iuſticie id eſt chriſtus. Claritas
ſanctorum poteſt reſpectu chriſti comparari claritati ſtellarum
Unde Apocal'. Stella a ſtella differt in claritate. hoc ẽ ꝙ ſan
cti plus vel minus lucent ſecundum differentiam meritorum
Claritas vero puerorum qui poſt baptiſmum moriuntur an-
te ꝙ̃ veniant ad annos diſcretionis comparari poteſt lumini
lune. quia ſicut luna non habet lumen a ſe ſed a ſole. ita iſti nõ
habent gloriam ex merito proprio. ſed ex merito chriſti. Ba-
ptiſmus enim ex paſſiõe chriſti habet efficaciam. ſecũda dos
corporis eſt impaſſibilitas que reſultat ex virtute anime corpus
ſuum potenter continentis. ita vt a nullo exteriore agente va
leat immutari. Preterea ꝙ̃uis corpora ſanctorum ſint com
poſita ex contrarijs. illa tamen contrarietas erit ad omnimo-
dam equalitatem et concordiam redacta. Dixerunt quidam ꝙ
impaſſibilitas ſanctorum corporum reſultabit ex natura q̇nti
corporis. i. quinte eſſentie. Sed hoc non eſt verum: quia

nihil de quinto corpore venit in compoſitione materialiū corporum inferiorum. Differentia eſt inter impaſſibilitatem corporum ſanctorum. et Ade in ſtatu innocentie et puerorū. quia impaſſibilitas ſanctorum erit non poſſe pati. Impaſſibilitas Ade fuit poſſe non pati. Impaſſibilitas puerorum erit nihil pati. et hoc non eſt ex potentia reſiſtendi leſioni extrinsece quē non habebunt. ſed ex ordine diuine miſericordie que non permittit eis aliquid adhiberi per quod poſſint ledi. Ex quo patet ꝙ ſi tales pueri ponerentur ad ignem poſt reſurrectionem lederentur ab eo niſi obſtaret diuina miſericordia ſecus eſt de corporibus glorificatis. que ſi etiam ponerentur in inferno non ſentirent aliquem leſionem. Subtilitas eſt tertia dos que aufert groſſiciem corporis cauſatam ex materialitate elementi. et ex compoſitione elementalium qualitatum. Nota ꝙ duplex eſt ſubtilitas. Una ſcilicet ex raritate partium ſtantium non propinque. ſed ex tali ſub litate efficitur corpus facile diuiſibile que non erit in corporibus glorificatis. Alia eſt ex perfecta victoria forme ſuper materiam et huius ſubtilitas eſt vnite ſubſtantie: ſicut dicitur celum ſubtile hoc modo erūt corpora ſanctorum ſubtilia. Et eſt ſciendum ꝙ duo corpora non glorificata non poſſunt eſſe ſimul ī eodem loco. ſicut nec duo glorificata. Alioquin ſequeretur ꝙ in vno corpore glorificato eſſent potentie intrandi partes alterius corporis. In alio vero eſſent in potentia reſiſtendi. Corpus vero glorificatum poteſt eſſe ſimul cum corpore non glorioſo ſecundū dictum antiquorum. quod tamen nec fides habet nec auctoritas. et ratio contradicit. Habent tamen aliquid apparentie ꝓ ſe. Nam ſicut in corporibus non glorioſis ipſa groſſities impedit ne duo corpora poſſint eſſe in eodem loco. quia vnum alteri reſiſtit. ita groſſities iſta per glorie ſubtilitatem tollitur a deo: ꝙ corpus glorioſum non poſſit reſeſtere glorioſo. ita ꝙ corpora glorioſa penetrabunt alia corpora non ea diuidendo ſed ſubintrando manente diſtinctione diuiſionum vtriuſqꝫ corporis. Quarta dos corporis eſt agilitas que tanta erit ſicut dt Auguſtinus ꝙ protinus vbi volet ſpiritus ibi erit corpus.

Ueruntamen ſicut melior anima corpus habebit lucidius: ita et agilius. Ita tamen ꝙ voluntas ſanctorum erit coniuncta omnino rationi. vnde voluntas eorum nunꝙ̄ apparet quod non debet. ſed voluntas anime melioris volet irrationabiliter citius moueri corpus ſuum ꝙ̄ alterius. et ſpiritus minoris glorie non volet corpus ſuum tam cito moueri ſicut alteriꝰ Unde patet ꝙ in omnibus verificabitur dictum. Augꝰ ꝙ ibi volet ſpiritus protinus erit corpus. Quare modo corpora ſunt tarda et tunc agilia. hec eſt ratio. quia nunc in corpore duplex eſt motor. ſcilicet natura elementi predeſtinās que mouet ad medium locum et voluntas anime que mouet indifferēter ad quemlibet locum. Nunc autem corpora tarda ſunt ex contraria inclinatione nature ad voluntatem. quia terra predeſtinās naturaliter deorſum trahit In futuro autem natura erit totaliter ſubiecta voluntati. Unde et tunc corpus mouebitur ad imperium ſpiritus.

## De aureolis in genere: Cap. xxix

Aureola eſt mentis ſpeciale gaudium veniēs ex opere precellēti et priuilegiato Sciendum autem quod ſicut ex gaudio premij eſſentialis quod eſt aurea redūdat in corpore quidam decor: qui ē gloria corporis. ita ex aureole gaudio reſultat aliquid ī corpore: vt ſic aureola principaliter ſit in mente: ſed per quandam animi redundātiam refulget etiam in carne. Sciendum tamen ꝙ decor cicatricum qui in martyrum corporibus apparebit non poteſt dici aureola. quia martyres aliqui cicatrices non habebunt. vt pote q̇ ſubmerſi ſunt vel qui famis inedia vel ſqualore carceris interempti. et iſti tamen aureolam habebunt. Tribus generibus hominum debetur aureola. quod patet multiplici ratione. Primo ex operibus excellentibus trium anime potentiarum. Excellentiſſimum autem opus concupiſcibilis eſt obſeruatio caſtitatis virginalis. Excellentiſſimum vero opus rationalis eſt

predicatio veritatis. Excellentiſſimum opus iraſcibilis eſt
perpeſſio mortis. Unde patet ꝙ virginibus predicatoribus
et martyribus debetur aureola. Secundo patet ex hoſtib⁹
quos per pugnas magnificas vincimus qui ſunt mundus caro
ro demonia. Martyres enim vincunt mundum. Uirgies car
nem. Predicatores diabolum quem non ſolum de ſe. ſed eti/
am de cordibus alienis expellunt. Tertio patet id per victo/
riam triplicium paſſionum. Sunt enim paſſiones innate: illa/
te. et in cordibus alienis inflicte. ſed paſſiones innatas ſupe/
rat virginitas. illatas martires. illas autem que ſunt in cordi/
bus alienis predicatores. Quarto diſtinguntur aureole ſe/
cundum ꝙ agimus ea quibus chriſto nobiliſſime conforma
mur. Ipſe fuit doctor veritatem manifeſtando. Martyria mū
do paſſionem ſuſtinendo. Uirgo puritatem ſeruando. Quin
to ſumuntur aureole ſecundum purificationem. In veteri
namqꝫ teſtamento tria habebant aureolas. ſcilicet altare. incē
ſi archa federis et menſa propoſitionis. Prima ſignat aureo
lam martyrum qui corpora ſua ſuper altare paſſionis īmola
uerunt. Secunda ſignificat aureolam virginum. quia ſicut ar/
cha federis fuit intus et extra auro decorata. ita virginitas mē
tem et corpus decorat et ornat. Tertia ſignificat aureolam p̄/
dicatorum qui ſunt in menſa propoſitionis miniſtrantes pa/
nem doctrine. Aureola diminutione dicitur et hoc in compa/
ratione ad auream. Unde nota ꝙ inter auream et aureo/
lam et palmam differentia eſt. Aurea enim premium ē ſub
ſtantiale quod methaphorice dicitur corona. tum ex parte me
riti: quia non reſpondet generi operis. ſed radici charitatis. tū
etiam ex parte premij. quia per hoc efficitur homo particeps
diuinitatis. et per conſequens regie poteſtatis. Tum etiam
ratione perfectionis quod ſignificat figura circularis. Aureo
la dicitur premium accidentale non tamen quodlibet premi/
um accidentale. ſed illud quod reſpondet operi excellentie.
et priuilegiato ſcilicet virginitati martyrio et predicationi.
Palma eſt premium accidentale quod nec radici nec operi de

betur ſed voluntati. Tale premium debuit ſanctus mar
tinus ex eo ꝙ martyrium deſiderauit licet opus non fuerit ob
ſecutum. Unde de ipſo cantatur. Quam et ſi gladius perſecu
toris. ſcilicet animam nō abſtulit tamen palmam martyrij nō
amiſit. Hec autē palma nec aurea nec aureola debet dici

## De aureolis in ſpecie. Cap. xxx.

a Ureola prima debetur martiribus in quibus perfe
ctiſſima victoria eſt de impugnatione exteriori. Et
hec perfectio victorie conſideratur ex duobus. Pri:
mo ex magnitudine paſſionis. quia inter omēs paſſiones illa
tas exterius mors ſupremum tenet locum. Et preterea dolor
tactus omnibus alijs doloribus preeminet. et ideo in hoc glo
rioſior victoria eſt. Secundo conſideratur ex cauſa pugne
que ipſe chriſtus eſt. Martyrem enim non facit pena. ſed cau/
ſa id eſt mors propter chriſtum ſuſcepta. Sciendum ꝙ
martyrio non debetur premium ſecundum ꝙ ab exteriori in/
fligitur. ſed ſecundum hoc ꝙ voluntarie pro chriſti nomine ſu
ſtinetur quia non meremur niſi per ea que ſunt extra nos ſicut
nec demeremur niſi per ea que ſunt intra nos quanto autē id
quod quis ſuſtinet voluntarie difficilius eſt voluntati ſuſti/
nere. tanto voluntas que propter chriſtum id ſuſtinet oſtendi/
tur firmius in chriſto fixa. et ideo excellētius ei premium debe
tur. Aureola ſecunda debetur virginib⁹ propter ſingularē
victoriam quam de carne obtinet contra quam quottidie bel
lum geritur. Quamuis autem et vidue pugnent contra car
nem perfectius tamen virgines. quia nobiliſſimum genus vi
ctorie eſt nunꝙ hoſti ceſſiſſe. Illis virginibus tantummo/
do aureola qui vel que habuerunt propoſitum ſeruandi virgi
nitatem. quamuis hoc propoſitum ſit interruptum integritate
tamen carnis manente dummodo in fine vite inueniatur ad
propoſitum rediſſe: quia virginitas menti reparari poteſt

ſed non virginitas carnis. ſi aliqua ſit virgo et ſi propoſitũ non
habuit perpetuo ſeruandi virginitatem. Non eſt tamen dubi-
um quin habitura ſit ſpirituale gaudium de incorruptiõe car-
nis ſuper eſſentiale gaudium. ſicut etiam innocentes de hoc
gaudebunt. quia immunes a peccato fuerunt quamuis pecca
ti oportunitatem non habuerunt. Nota ꝙ alique poſſunt
corrumpi carne. nec tamen aureolam amittit ſicut illa que vio
lenter opprimitur. Unde Lucia ſancta dixit. Si inuita me
corrumpas merces mihi duplicabitur ad coronam quod nõ
intelligẽdũ de aureola duplicata, licet quia duplex premium
reportabit. vnum pro integritate ſeruata. aliud ꝑ iniuria quã
paſſa eſt. Inſuper ſciendum eſt ꝙ virginibus debetur fru-
ctus centeſimus. et hoc quia celeſtem vitam ducunt que ſigni
ficatur per centum. quia numerus ille de leua tranſit ad dexte
ram. viduis debetur fructus ſexageſimus. quia tales exerce-
re ſe debent in operibus minime que ſignificantur per ſexa-
ginta. coniugatis autem debetur fructus triceſimus quia tali
bus ſufficiet implere decalogum in fide trinitatis Ex ductu
enim ternarij in denarium fiunt triginta. Aureola tertia eſt
predicatorum: quia perfectiſſima victoria contra diabolũ ob
tinetur. quando diabolo impugnanti non cedit. ſed etiam ip
ſum de regno eius expellit et non ſolum a ſe. ſed etiam ab ali
is. Nec eſt dicendum vt quidam voluerunt ꝙ aureola predi-
catoribus debeatur tantũmodo illis quibus competit predi-
care ex officio et docere. ſed quibuſcunqꝫ exercent licite actum
iuſtum. Prelatis autem non debetur hec aureola quãuis
habeant officium predicandi niſi actu predicent. quia aureo-
la non debetur habitu. ſed actui pugne. ſecundum illud. Apo
ſtoli. Non coronabitur niſi qui le. cer. Predicare et docere
cum ſit actus miſericordie inter ſpirituales elemoſynas com
putatur:

De enumeratione celeſtium gaudiorum. Ca. xxxi.

UNIVERSIDAD

3 ℔

74 £ : 2 ß 6

tengo recebidos 53 £ 4 ß